



**Decreta concilii provincialis Treverensis, praesidente
reverendissimo in Christo Patre ac domino D. Joanne
Archiepiscopo Treverensi ... celebrati, Anno Jesu Christi
M.D.XLIX : una cum Decretis Synodi Episcopalis, celebratae
Anno M.D.XLVIII : His adjuncta sunt alia trium
Archiepiscoporum Statuta Provincialia, superioribus seculis
prodita ...**

<https://hdl.handle.net/1874/403082>



Ecreta Concilii Pro

uincialis Treuerensis, presidente Reuerēdis-
simo in Christo Patre ac domino D. Ioanne
Archiepiscopo Treuerensi, sacri Romani Imperij, per
Galliam & regnum Arelatense Archicācellario, Prin-
cipe Electore &c. celebrati.

Anno Iesu Christi M. D. XLIX.

Vna cum Decretis Synodi Episcopalis, celebratæ
Anno M. D. XLVIII.

HIS ADIVNCTA SVNT ALIA
trium Archiepiscoporum Statuta Prouincialia, superio-
ribus seculis prodita: quorum seriem uersa pagina
demonstrabit.

Coloniæ, cum Gratiæ & Privilegio Cæsareæ & Catho-
licæ Maiestatis, excudebat Iaspar Gennepæus.

Anno M. D. XLIX.

In hoc opere ista con/ tinentur.

Primo, Decreta Prouincialia Concilij Treuerensis, Iohanne Archiepiscopo præsidente, celebrati Anno domini 1549.

Secundo, Decreta Synodi Episcopalis, celebratae Anno domini 1548.

Tertio, Decreta sive statuta Prouincialia Concilij Treuerensis Theodorico Archiepiscopo præsidente, celebrati Anno domini 1238.

Quarto, Statuta Prouincialia Concilij Treuerensis Balduino Archiepiscopo præsidente, celebrati Anno domini 1310.

Quinto, Statuta Prouincialia Concilij Treuerensis, Otone Archiepiscopo præsidete, celebrati Anno 1423.

Ioannes dei gratia sanctæ
TREVERENSIS ECCLESIAS AR-
chiepiscopus, sacri Romani Imperij, per Galliā regnūq;
Arelatense Archicancellarius, & Prin-
ceps Elector.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



EM omnino non nouam aggredimur, neq; per
uiam insolitam ambulamus. Verum & orthodo-
xorum patrum & prædecessorum nostrorum ue-
stigijs tritam ingreditur, sincero corde semper
affectiones, ut uniuersum Clerum & gregem no-
bis commissum usq;quaq; lustremus & contem-
plemur, atq; salubris studij uigilantia in hoc sedu-
lo incumbamus, ut eam more boni pastoris, (quantum nobis ex al-
to conceditur,) pura & sana Euangelicæ ueritatis doctrina pascamus
& reficiamus, ut cum uniuersalی & tremendi iudicij tempus ingrue-
rit, & pastorille pastorum glriosus in maiestate sua apparuerit, ad cu-
jus laudem hanc nostram functionem obire cupimus, de muneris im-
positi administratiōe cum lucro & ex uoto respondere ualeamus. Hac
igitur occasiōe prouocatos nos & diligens cura & paterna sollicitudo
extimulat, ut circa nostrorū subditorū statū & uitā probe instituendā,
indefesso studio ac labore aduigilemus. Utq; ex hac animi nostri prō-
ptitudine ipsis piarū rerū cultus indies magis ac magis crescat pariter
& placeat, ipsorum onera & grauamina, pro huius tēporis iniquitate, in-
ter manus in morē hydræ enascentia, immittuntur, cessent, finiantur, tol-
lantur, atq; tranquillitatis & pacis optatus portus, uelut in alto nauigan-
tibus aperiatur: Id quod tum demum recte consequi credimus, cum fi-
nistris euentibus uiam precladimus, uitiorum & malorum materiam
resecamus, & noxia dissuadentes, ad optima queq; promouenda ani-
mum applicamus,

A ij Qua

DECRETA CONCILII.

Quapropter horum nostrorum statutorum editione, tum antiquorum renovatione & explanatione, tum pecunarum cōminatione impios & orthodoxæ Ecclesiæ hostes ab infelici suo proposito deterremus & depellamus, ut in quibus virtutis zelus & ardor ad emendationem nihil proficit, eos saltē honestæ disciplinæ seueritas atq; pœnitentia retrahat & coerceat. Sane quondam felicis recordationis Baldinus Archiepiscopus Treverensis & alij predecessores nostri, pro subditorum utilitate, pro libertate Ecclesiæ & ministrorum eius, q̄ plurima statuta Synodalia & Provincialia, non minus utilia, q̄ necessaria ediderunt, promulgarunt, publicarunt, & pecunarum adiectionibus, prout opportunū uisum fuerat, prouide & cōsulte uallarunt. Quæ nos omnia de consilio & consensu Capituli Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Treverensis, & nunciorum seu procuratorum aliorum, Reuerendi domini Nicolai Episcopi Verdunensis & nunciorum seu procuratorum Reuerendiss. Domini Ioannis Cardinalis de Lothoringia, Administratoris Metensis. & Reverendissim. domini Tonsani Episcopi Tullei. Suffraganeorum nostrorum, in praesenti Concilio Provinciali congregatorum, quatenus per infra statuenda expresse non fuerint reuocata & cassata, approbamus & innouamus, atq; in suo robore permanere uolumus, & eadē antiqua statuta Provincialia, atq; ea noua, quæ nos in praesenti Concilio pro temporum ac rerū necessitate statuimus & ordinauimus, ut per totā nostrā Provincialiā Treverensem, firmiter & inuiolabiliter, prout statuantur, publicetur, teneantur, & obseruentur, firmiter decernimus.

DE fide Orthodoxa Catholica & Apostolica Ecclesiæ fideliter & firmiter tenenda.

Vando uera in Iesum Christum fidem fundamentum est, & petra illa de qua Saluator noster dixit, super eā edificandam esse Ecclesiā suam, aduersus quā inferoru portæ nunquā præualituræ essent (præualeret autē si Ecclesia errare pniciose posset, aut docere noxia,) fateri oportet Ecclesiā in fide & ueritate radicatam & fundatam errare non posse.

Nam & in confessio est, testantibus nimirū sanctæ Ecclesiæ patribus, ac re ipsa clamante, Christi apostolos Petrum & Paulum, Dei sanctum

Etum Euangelium in sanguine quoq; ipsorum signatum, Romanæ Ecclesiæ reliquisse, atq; in illius fidè ecclesiastis omnes, quæ ubiq; sunt fideles in toto orbe terrarum, religiose conspirasse, atq; societate sacramenti cōfoederatas & coniunctas esse. Itaq; cū ad nos p Episcoporū successionē ppetuo continuatam ea fides puenerit, nō dubitamus hanc unā eandēq; esse, atq; adeo uerā fidē, quæ ab apostolis ip̄s in ueritate est tradita, & usq; nunc religiose semper custodita, & in catholica Ecclesia semper cōseruata. Nihil proinde aliud credendū, tenendū, aut docendum est, nisi qđ sancta Romana tenet & docet Ecclesia, omnium consentientium eccliarum mater & magistra. Eum uero qui à fide Catholice & Romanæ ecclesiæ recedit, necesse est à ueritate & capite deficere. Hortamur itaq; & in Domino obtestamur omnes & singulos Clericos & Laicos, nobis Metropolitico iure subiectos, ut tenaciter & indiuise adh̄reant, non solum his quæ in diuinorum eloquiorū Canone expressa sunt, uerum etiā his, quæ Ecclesia sancta Catholica haberet, & cum omnium orthodoxorū consensu probata & recepta sunt, neq;nulla ratione aut persuasione à ueritate fidei, Ecclesiæ & Euangelij qđ acceperunt, & in quos stant & saluantur omnes gentes, auellise patiantur, sed in eo quod hactenus pie & recte docti sunt & crediderunt, permaneant.

De predicatoribus uerbi, quos missos esse oportet.

Hoc habet Apostolica Ecclesia, ut nullus nisi missus predicit. sic Christus non nisi missus predicauit, ipso apud Iesu iam testāt̄: Spiritus domini super me, eo qđ unixerit me, ad euangelizandum pauperibus misit me. Neq; item ip̄sus precursor, de quo scriptū est: Fuit homo missus à Deo, sed nec apostoli hoc fecissent, nisi mandato à Christo accepto: Ite, Ecce ego mitto vos. Proinde nos Euangelicæ & Apostolicæ regulæ innitentes, statuimus & precipimus, ne quisq; posthac, etiam quamcunq; religionem professus publice predicare præsumat, nisi ab Episcopo Ordinario, vel eius Vicario admittitus fuerit. Et si quis etiā religiosus, Apostolicæ sedis priuilegio nitatur, tenebitur nobis aut Officialibus aut Vicariis nostris de hoc fidem legitimam facere. Laicis uero prorsus interdicimus, ne predicandi officium usurpent, aut occulta conuenticula fac-

DECRETA CONCILII

ant,& sacerdotum simplicitatem eludant. Et si forte necessitas postulet, ut sacerdos tanq̄ inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, seruato ordine iuris, de hoc agendū est apud Episcopum, ad cuius officiū tā institutio q̄ destitutio sacerdotum pertinere dīoscitur. Omnes uero & singulos aliter q̄ præmissum est publice uel priuatim prædicationis officiū usurpare præsumentes, præsentis statuti rigore excommunicationis uinculo innodamus, & excōmunicatos declarari publice mandamus. Et nisi resipuerint, alia cōpetenti peena à nobis aut nostris Suffraganeis, vel locorum Ordinarijs, plectēdi sunt.

Non quiuis admittendi sunt, etiam si præsentati fuerint.



Vando non parum resert, quis qualisve sit cui alios instruendi & docendi potesta tradita est, probandi primum & explorandi sunt futuri concionatores, à quibus & quo modo instructi sunt, ne peregrinis forte & hæreticis doctrinis imbuti, nō satis perspecti recipiantur in ouile Christi, ad grauem dominici gregis perniciem. Attamen non tam eloquentiores, q̄ sapientiores, neq; tam argutiores q̄ meliores eligendi sunt, modo gregi sana doctrina pascendo non sunt prorsus inidonei, Imo tanto magis aliquoties cauendus est, is qui eloquentia posset, quanto plus ob eloquentiam dum recte dicere & docere existimatur, nocere & fallere potest.

Vocatus & admissus quid pro concione docere debeat.



Illi & admissi uerbi prædicatores, in hoc toti incumbant, ut uerbum ueritatis recte & bona fide tractent, tanq̄ dispensatores multiformis gratiæ Dei, omissis his quæ a puritate Euangeliæ aliena sunt, uel superuacanea, uel parvæ edificantia: sed nec opinabilia ac dubia pro certis & receptis asseuerare audeant. Ab apocryphis abstineant, & quæ Ecclesia occultanda esse decreuit, de suggerito nō promulgabunt, Comicas, aniles,

les, & interim obsecenas fabulas, & que risum moueant citius q̄ lachrymas, propter peccata, populi auribus nō ingerant. Et omissis odij, iniuriaz, infestationis, questus, ambitionis, & cōfūmilibus nequā affectibus, sincere & pacifice Euangelium pacis annuncient, mutuis convitjs se non proscindant, nec aliud alium pro concione impugner. Sed si quis alterum hæresim, uel perniciosum errorem, aut aliud quidpiam, quod piarum aurium sit offensiuum, dixisse deprehenderit, episcopo aut illius Vicario, aut inquisitori Apostolico, uel Officiali loci, ordine etiam seruato Euangelico significet. Et cum Catholicas traditiones tanq̄ arctissima quædam Christianæ religionis & pacis vincula conseruare & custodire omnes ex æquo deceat, neq̄ dubitemus traditiones & consuetudines uniuersales, præsertim eas, quas per orbem tota frequentat Ecclesia, ab Apostolis in Ecclesiæ finium trans fusas, uel a generalium saecorum Conciliorum auctoritate profectas, nos eas simili religione, qua ea quæ sacre scripture præscribit auctoritas, ut obseruentur, doceri omnino mandamus. Quæ uero per loca uel regiones nostræ Dioceesis uel Prouinciaz uariantur, eas quisq; obseruet ad ædificationem morum & fidei. Ac ne quisquam temere contra eas de suggesto rogationem facere præsumat, Mandamus Episcopis Prouinciaz nostræ & Officialibus nostris, ut si qui ritibus ecclesiæ antiquandis uel nouandis priuata auctoritate studere comperti fuerint, in eos leueriter animaduertant.

Quare qui pascendi gregis dominici curam suscepérunt, ea potissimum doceant, quæ ad tranquillitatem & piam concordiam facere, & ad captum rudis populi accommodata esse cognouerint. Cuiusmodi est simplex explanatio symboli, decem præceptorum, sacramentorum & ceremoniarum ecclesiæ orationis Dominice. Item cohortatio ad poenitentiam: in qua Christi seruatoris commemorent beneficia, ac poenas nunquam finiendas, quæ in malo obstinatis paratæ sunt, oculos ponant sed ne misericordiam desperent, rursum subleuent ac solentur. Cessantes ac torpentes excitent, animo deiectos in spē erigant: Voluptuarij, resq; mudi admirantibus, uitj breuitatē & eternos ignis cruciatus subinde ingerat, ut saltē futuris malis territi peccare desinant, atq; ad meliore frugem se recipiant: necnō populo omnino persuadeat,

DECRETA CONCILII

non quamlibet fidem qua in Deum creditur, sed eam demum salutiferā fore, quæ (Apostolo teste) p̄ dilectionē operatur, ac sic ad bona opera se dulo cohortent, & p̄sertim ad opera misericordiæ: patres ac matres familias ut proles & familiam Christiane educent, grauiter & continue coamonefiant, atq; ut adulti consueta & ordinaria ieiunia, Quadragesimæ uidelicet, & Quatuor temporum, & Vigiliarum, infringere nō præsumant: p̄plebem admoneant, & ut frequēter, uel ad minus in Quadragesima, in initio eius, uel ante medium ad confessionem ueniant: & si non s̄e pe. saltem in Paschate corpus Domini recipiant, si uelint inter Catholicos reputari. Sanctorum religiosam mentionem subinde faciant, animosq; Christifidelium illorum exemplis incitent, confirment, & intercessione consolentur. Doceat quoq; ueras sanctorum reliquias reuerenter habendas. Contenti sint Euangelia & lectiones, quibus in Dominicis & festis diebus Ecclesia utitur, interpretari populo, & ex his sermonem & doctrinam ad ædificationem populi formare.

De cultu diuino diligenter & religiose exequendo, deque disciplina
Chori obseruanda.



EV S et spiritus sit, non tamen internis tantum affe-
ctibus fidei, spei & charitatis, uerum etiam externis acti-
bus colendus & adorandus est: ut cor & caro exultet in
Deum uiuum. Est enim externus cultus signum ac ma-
nifestatio quædam cultus interni: qualis est laus commu-
nis, & orationes publicæ, quæ per Ecclesiæ ministros, ex
persona totius populi fidelis Deo offeruntur, quo alij quoq; (quatenus
per ipsorum occupatiōes licet) ad laudes Dei, & gratiarum actiones ex-
citentur. Neq; enim Ecclesiasticæ melodiae sua deest energia. Id quod
Augustinus testatur, referens Ambrosum Mediolani cantum instituisse Ecclesiasticum, secundum morem ecclesiarum orientalium, eumque cultum celebrari coepit magnō studio fratribus, hymnos & psalmos
canentium: quem etiam cæteræ Ecclesiæ imitati sunt. Sed & ipse Augu-
stinus, quantum Ecclesiasticis fuerit canticis affectus, his uerbis testatur:
Quantum fleui Domine in hymnis & canticis tuis, suauesonantis Eccle-
siæ uocibus acriter commotus: Voces illæ influebant auribus meis, &
ell-

Aliquabatur ueritas in cor meum, & ex ea aëstuabat affectus pietatis, & eurrebant lachrymæ, & mihi bene erat cum illis. Et rursus: Cum remissor inquit lachrymas, quas in primordio fidei meæ fudi ad cantus Ecclesiae, & nunc quoq; commoueor, non cantu, sed rebus quæ cantantur, cum liquida uoce & conuenientissima modulatione magnam huius instituti utilitatem rursum agnosco, magisq; adducor conuentudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Hæc cum ita se habeant, hortamur omnes & singulos Clericos, ut omnes pariter conuenienti modulatione, consona deniq; uoce, debitum Dco cultum nocturnum & diurnum deuote & religiose exhibeant & exequantur, eo modo, his ritibus & cæremonijs, quibus hactenus usus est Ecclesia, & ut à sanctis Patribus est traditus, atq; a maioribus nostris obseruatus,

Au. in
confessi
onibus.

De horis Canonicis.



Mnes qui horis Canonicis persoluēdis deputati sunt, dent operam, ut collectis animis, quodad fieri potest, debitum pensum absoluant: nec ita se habeant, ut dum uoce psallūt, quiduis potius q̄ Deū animo cogitare uideantur, semper cauetes, ne propheticum illud audiant: Labijs quidem me honorant, cor autem eorum longe est a me. Quid autem est, uoce quidem psallere, mente autem domum aut forum circumire, nisi homines fallere, & Deum irridere? Graue admodū est quod scriptura dicit: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Statuimus proinde, ut laudes diuinæ per singulas horas non cursim ac festinanter, sed tractim, seruatis interuallis decentibus, ratione dierum festorum, a profestis & intersecisis secer nēdorum, habita, reverenter & alacriter absoluantur, nequaq; sublato in altum clamore, ne uel insaniat, uel animi lasciuia gestire uideantur, potius q̄ seruore spiritus exultare: semper versiculum decantatissimum animo uoluerentes: Non clamans, sed amans cantat in aure Dei: audit enim illa uocē cordis, sine qua sonum oris contemnit. Quare uidendum est, ut qui spiritu psallunt, & mente psallant.

Caveant item qui alijs occupati ne gotijs, extra chorum horas priuatum legunt, ne somnolente aut truncatis uerbis, aut intra fauces com-

B presso

DECRETA CONCILII

presso spiritu preces demurmurare, uel ut Ethnicus quidam ait, rabi-
sa silentia rodere uideantur, sed articulate, distincte, discrete, & cum at-
tentione integre omnia pronuncient.

Ne qua item occasione in diuersa rapti, desint officio suo, districtius
prohibemus, ne deambulando horas dicant, sed in locum aliquem ora-
tioni aptum tantisper concedant, ne mentis euagatio, quæ ex tumul-
tuaria deambulatione nasci solet, fructum orationis intercipiat.

Nullus item dum Canonice preces in templo publice cantatur aut
leguntur, audeat priuatim ibidem aliquid legere, ac ne horas quidem
Canonicas absoluere, sed cōcīnat, ac una cum fratribus Deum honori-
ficer. Contrarium qui fecerit, tanque absens habeatur.

Deis, qui dum sacra sunt per templo uagantur, propha-
na miscentes colloquia.



Vicunque tempore, quo diuina peraguntur, spatiari in ec-
clesia, uel circa eam deambulare, simul & ociosis fabulis ua-
care, comperti fuerint, tanque absentes pro die habentur.
Et si semel admoniti non destiterint, sed pertinaces fue-
rint, grauiorem subeant poenam, arbitrio Prælatorū, aut
corū uices gerētiū, infligendā. Quos ipsos hortamur, imo eis districte
iniungimus, præsertim in Metropolitana ecclesia nostra Treveren. &
in Cathedralibus suffraganeorū nostrorū, tanque insignioribus & fre-
quētioribus ecclesiis, ut nulla ratione patiātur diuina officia quorum-
cunque colloquiōrum, confabulationum, deambulationū, aut canū, agiū,
morionum, & similiū strepitū, garritū, & latratū, siue à Clericis, siue à
Laicis perturbari, aut irruerentia affici.

Sed nec ipsi Prælati, quorū maxime interest remouere scādala, neque
ea quod uerbis imperat facta & exemplo confirmare, in ijs seculpabi-
les reddant, neque in correctione subditorū suorum negligentētes se exhib-
eat; & quod nullus in peccatis excusationi locus relinquatur, præsentis de-
creti tenore in irritū reuocamus, & annihilamus omnia statuta, ordina-
tiones, cōsuetudines, & priuilegia exemptionū quibuscunque, ecclesijs, mi-
litij, hospitalibus, locis & monasterijs quodcum cunque ordinū, quacunque au-
ctoritate, & qualitercunque cōcessa, quæ reformationi predictorū abu-
sum, & correctioni puerorū morū aduersantur, aut in mora sunt, ut co-
tra p-

tra psonas & loca prædictarum ecclesiæ, ordinu, domoru, militiarum, hospitaliu, monasteriorum, sine omni exceptione ad correctionem seu emendationem procedi non possit aut ualeat. Cuius executio in casu negligenter, a Capitulis ad Prælatos, & Prælatorum negligentia intercedente ad Officiales uel Vicarios locorum, aut eorum superiores deuoluatur.

Quo tempore quisq; in Choro esse debeat.



Aiorum nostrorum uestigia sequentes, & auctoritatis acrorum generalium Conciliorum innitentes, ut cuncta in domo Dei ordinate fiant: Volumus, ut in Metropolitana nostra Treveren, & in omnibus Cathedralibus & Collegiatibus ecclesiis, Ciuitatis, Dicecisis & Prouincie nostræ Treveren, habeatur duæ tabule, quarum una habeatur aut ponatur in, aut circa choru, in qua disciplina obseruanda descripta sit: ex cuius tenore satis liqueat, quâdo & qualiter q; horis Canonis interesse debeat. Ad cuius disciplinæ obseruantia, Prælati cunctos sibi subditos rigorose coimmaneat & compellant. Et si alicubi hactenus erecta non fuit, aut perdetta, eam rursum erigi & descripsi iubemus.

Secunda uero tabula locabitur & ponetur in sacrario, aut alio loco cœuenienti; in qua qd ab unoquoq; Canonico, uel alio beneficiato legendum cantandumq; sit, singulis diebus & horis p hebdomadâ, scribatur; & hic negligentiam committens, promodo delicti corrigatur.

Nolumus autem, ut Collegia Canonicas preces in templis psoluere aut sacra facere, Vindemiæ, aut aliorum negotiorum & secularium occupatiuum prætextu omittat, nō obstante quacunq; cōsuetudine: sed ita partiatur onera, ut dū alijs temporalia, pcurrent, alijs orationibus & publicis precibus uacent. Et si alicubi hoc fieri non potest, saltem hebdomadarius pro tempore, præsentibus alijs quotidie durantibus uacationibus vindemiali bus, Canonicas horas in choro saltem legendu, persoluere curabit. Ita tamen, ut Dominicis diebus, & Apostolorum festis, Tertiz, Sextæ, Vespere, & Completorium cantentur, & summum sacram fiant.

Statuimus insuper & ordinamus, ut deinceps Capitula, actus & tractatus capitulares, tantu p festis, seu ferialibus diebus teneantur. Sed nec in his sub Missa, Vesperis, aut Cōpletorio indicantur, aut teneantur. Quimmo, ut oīs Missæ intersint, districte mādamus. In alijs uero si subsit

B ij urgens

DECRETA CONCILII

urgens necessitas, aut euidens Ecclesiae utilitas postulet, ut Capitulum teneatur, Decanus indicabit dilationem seu moram Capituli, & actuam Capitularium non carere periculo, & propterea sub predictis horis tractandum & agendum esse. Et si in his securus actum fuerit, tam indicens, q̄ interessentes, residentia & praesentijs pro illa vice carebunt, quinimo omnino uti absentes his horis reputabuntur.

De Missæ officio rite peragendo.

Hortamus, ut sacro sanctam illam actionem, in qualificum precij nostri, corpus scilicet & sanguis Christi ue
raciter offertur pro uiuis & defunctis, summa religione & deuotione sacerdotes peragant, ac quoties datur, sed u
lo frequentent & celebrent, eo modo, & his ceremonijs seu ritibus obseruat, quos hactenus Romana & occidentalis seruauit,
& hodie seruat Ecclesia.

Dum sacerdos sacrum facturus in sacrario cum ministris induitur, nemo inibi confabulari præsumat, unde uel ipsius, uel ministrorum deuotio interturbetur.

Egredienti sacrarium ad altare, uel reuertenti post sacrum, omnes assurgant, similiter & ministris dum sacris induti, lectione Euangeli, Epistola, aut Homilia prætereunt.

Dum sacerdos sacrum facturus, confessionem ex more præmitit, ministri nequaquam dent operam accendendis luminaribus, aut alijs rebus mentem auocantibus, sed adsint sacerdoti confessionem persequentes, & pro se invicem Ecclesiae nomine orantes.

Veterem Canonem instaurates prohibemus, ne quis sacerdos Missarum solemnia publica celebrare præsumat, nisi ad minus duobus presentibus. Quod si in priuata Missa commode fieri non potest, ad minus adscitus, qui respondentis locum suppleat, sed ita, ne sit proles illegitima, quam omnino patre celebrante altari astare prohibemus, multo magis concubinam, si quam habuit.

Et iejunus quilibet celebret, & uelato capite altari assistere, aut ita ille accedere nullus omnino præsumat. Quæ & Diaconos & Subdiaconos obseruare mandamus, si quis temere contrarium facere presumperet,

PROVINCIALIS TREVEREN. VII.

rit, excommunicationis vinculo innodetur.

In Missa publica & summa, prefatio & oratio dominica, non debent priuatim dicī aut abrumpi, ita & Symbolum, Epistola, & Euangeliū integre, distincte, & clare cantari debent. Neq; ferendum est, ut chorus uerba sacerdotis vel subdiaconi, mox in ipso lectionis uestibulo interrumpens, auspicetur Graduale, Tractum uel Alleluia, quasi scilicet hoc satis sit, si astantes sciant, cuius sit lectio aut Epistola.

Dum Euangeliū cantatur in summo sacro, expedit dare signum per campanam, ut existentes in vicino Laici, ad elevationem dominici corporis & sanguinis inuitentur.

In elevatione corporis & sanguinis Christi, & post, usq; dum canta tur Agnus dei, fileant organa. Nulla cantetur Antiphona, nec pro pace, nec aduersus pestem, aut mortalitatem, sed silenter pro se quisq;, aut flexis genibus, aut prostratus humi corporibus, passionis ac mortis Christi commemorationem faciat, ac redemptori gratias agat, pro beneficijs per mortem ipsius largissime acquisitis.

Statuimus insuper, imo antiquorum Patrum statuta innovamus, ut sub summosacro, nulli sacerdotum liceat eodem in templo sacram rem facere, sed priuatas Missas antea absoluant, ut omnibus ad publicū sacram conueniente sit integrum, & chorus plenus & collectior pleniorum ac puriorem Deo cultum exhibeat.

Etsi optare potius, q; sperare liceat, adesse quotidie aliquos, qui Eucharistiam accipiunt; Volumus tamen, ut sacerdotes ad frequentationem huius mysterij, & sacram communionem Laicos adhortentur; nec tamen ideo sacerdotes a quotidiano sacro desistere oportet, quod defint, qui cum sacerdote sacra faciente, mensæ dominicæ quotidie sacramentaliter communicent.

Ordinamus præterea, ut per singulas Diceceles nostræ prouinciarum, Missarum officia decantentur & legantur, prout in Missali ordinario, uniuscuiusq; Diceceles ordinatum est. Et si qua Diceceles proprio ordine Missalis caruerit, ad modum nostræ Treveren. Ecclesiæ Missali ute tur: neq; alicui publice aut priuatim alienis Missalibus uti licebit, Idem & de Breuiarijs obseruari uolumus.

De moderandis ferijs,

B iii Nume-

DECRETA CONCILII

Vmerum festorum creuisse admodum videritis, sed clementem fidelium devotionem frigescere, eoque uentum esse, ut bona pars hominum omnia festa negligat, idque impune, nec sine Ecclesiæ dedecore. Pauperes, qui non habent unde alant uxorem & familiari, clamant omnem fere cessationem damnosam fibi esse. Operæ premium proinde nobis uisum est, festorum numerum contrahere, quo & effrenes coercentur, & aliquid detur necessitati pauperum. Itaque hæc festa omnino celebria esse uolumus, & pro pastorali nostro officio solemniter celebranda mandamus & præcipimus: Dies Dominicos omnes, festum Nativitatis Christi, Stephani, Ioannis, & omnium Apostolorum, Circumcisio-nis, Epiphaniæ & Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis uirginis Mariae, Paschæ cum duobus sequentibus, Ascensionis, Penthecostes, cum duobus sequentibus, Corporis Christi, Ioannis Baptiste, Magdalene, Laurentij, Crucis, Michaelis, Omnia sanctorum, Martini, Catherinæ, Andräæ, Nicolai, Thomæ. Et in civitate nostra Treueren, hæc festa Patronorum: Maximini, Simeonis, Visitationis, Helenæ, Paulini, Translationis Materni & Eucharij. Et in singulis ciuitatis, oppidis, & Parochijs Dedicationis festa, & Pacrocinia celebrari mandamus. Cæterum dies Innocentum, Cinerum, Parasceues, Cœnæ dominicæ, Sabbati magni, Marci, tres Rogationum, Commemoratio-nis animarum, & omnes reliquos dies stationum, quos Ecclesia nostra Treueren, in diebus aliorum Patronorum, uel pro specialibus rogationibus ab antiquo introductis in ciuitate nostra Treueren, uel eius suburbio obseruatis, usque in meridiæ feriari uolumus. Ita ut facto sacro, cuique ad labores aut negotia sua redire liceat. Simili ratione in Cathedralibus & Dicecessibus Suffraganeorum nostrorum: quibus tamen arbitrium suum in hoc relinquimus, & in alijs locis & parochijs Dicecessis nostræ obseruanda. Et si quis, siue Clericus, siue Laicus, in prænominatis celebribus festis, aut in alijs ante meridiem operæ mercenariæ publice uel priuatim, aut compotationibus, choreis, ludis, aut id genus lasciuij & leuitatibus temere & contumaciter sese dederit aut immiscuerit, ab Officiis nostris arbitraria poena pro modo delicti, etiam brachij secularis auxilio (si opus erit) inuocato, puniri mandamus. Cætera uero festa qua-

PROVINCIALIS TREVEREN. VIII.

quacunque ratione instituta sunt, vel recepta, in foro libera facimus. In choro vero & Ecclesia eadem festa, prout ab antiquo obseruata sunt, deuote celebretur. Ita tamen, ut historie & lectiones parum probatae, omittantur.

Et cum potissimum hac de causa indictæ sint seriae, ut festos dies in Dei laudibus, & gratiarum actione, ac audiendo uerbo Dei populus transfigat, Curent nostrarum Dicecisis, & Prouincie, Civitatum, opidorum, & locorum magistratus ac Rectores, ut populus prænomi-natis diebus festis, uerbum Dei deuote audiant, & diuina frequen-tent. Neque tempore diuinorum, & præsertim hora, qua concio-natores uerba faciunt ad populum, patientur ciues uacantes, ociosis fa-bulis in forostantes.

De religiosis monachis & monialibus.

Religiosos uarij nominis & regulæ, simul & pia loca, sancta Romana ecclesia, benigno fauore semper prose-cura, specialibus gratijs, privilegijs, immunitatibus, & exemptionibus decorauit, ea omnia nos per nostram Dicecism, & Prouinciam nostram Treuereñ, nullaten-nus imminuere, sed magis illibata conseruare, & quate-nus aliorum iure saluo, possumus augere & extedere, in uotis habemus & intendimus. Sed ita, ne sub ouina pelle gregem dominicum, truculen-tia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine, virus hæretice prauitatis obrepat, & sub prætextu conuersationis Euangelicæ, spiritus maliguus illudat. Cuius rei gratia (præter singulorum ordinum ab Ecclesia rece-pitorum regulares institutiones, quas tanq; salutares ab omnibus & sin-gulis, prout illos respectiue concernunt, obseruari mādamus) uarij Ca-nones æditi sunt, à quibus (quod dolenter referimus) si nō ab omnibus neq; in omnibus, a plerisq; tamen & multis declinatur: non solū in pro-priæ salutis discriminem, sed & in religionis opprobrium, & plurimorum fidelium scandalum, sed & in illius, cuiusam integratem spontanea uolu-litate deuouerūt, grauem offendam. Qua propter quæ in ijs ab Eccle-sia & prædecessoribus nostris, sancte & Canonice statuta sunt, ut in ui-o labiliter ab omnibus obseruentur, serio mandamus & præcipimus.

B iiiij Et in-

DECRETA CONCILII

Et inter ceteros abusus reformatos current Praepati, Abbates, Priores, Guardiani, simul & monasteriorum Visitatores, & alij quocunq; tulo nominentur, ne aliquis ante decimumquintum annum, ad probationis annum admittatur.

Item ne quis anno probationis non cōpleteo, ad professionē recipiatur.

Item receptis sic, præceptores idonei deputentur, qui eos in regulatō obseruantia, & diuinis officijs non minus q̄ in literis, & e conuerso instituant & forment.

Ad sacros ordines suscipiendos, non nisi ætate & scientia sufficiētes præsentent.

Item idonei ad iussum superioris sui, excusatione legitima cessante, se faciant promoueri.

Quodq; gratis singuli ad professionem recipientur, nullo accepto precio, nec aliqua facta conuentione; & ne hæc sub paupertatis prætextu pallientur, districte inhibemus.

Non patiantur Abbates, Priors, Abbatissæ, aut Priorissæ, ut suorū Monasteriorum monachi aut moniales, honestatis habenis & monachali modestia laxatis, impudenter se secularibus negotijs inuoluant, aut extra monasteriorum septa deambulent, vagentur, & discurrant; & si qua ineuitabilis necessitas intercedat, quod tunc nullus egrediatur, nisi honesta subsit causa. Et tunc non nisi de expressa licentia superioris, & cum habitu decenti & honesto socio.

Cæteris Canonibus de uestitu, cibo, peculio, officio, Capitulis, Visitatoribus, & correctione monachorū promulgatis, in suo robore permanentibus, uolumus, ut omnes Abbates & Priors, tales diligenter obseruare procurent, quod h̄sdem districte præcipiendo iniungimus.

Moniales vero, quarum sexus fragilior est, nulla ratione vel causa, nisi sit tanta & talis sit, quod omnino notorie excusat, monasteria sua egredi facultatē habeāt: sed & tunc, non nisi cum honesto & decenti habitu, & associatæ egrediantur, idq; de expressa licentia Episcopi, Abbatis, Visitatoris, aut ab ijs potestatem habentis, quam patri confessori pro tempore existenti, concedi prohibemus.

Nulli prorsus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis & manifesta causa subsit, ac tunc speciali licentia illius, ad quem spectat

spectat concessio petita & obtenta, accessus vel ingressus ad moniales patet. Et quæ de clausura in regularibus ordinum constitutionibus mandantur, omnino & illibate teneantur & obseruentur: ut sic à publicis & mundanis conspectibus separatz, seruire Deo liberius valeant, & sublata lasciendi opportunitate, corda & corpora sua in omni sanctimonia diligentius custodire possint.

Prohibemus insuper districte, ne moniales ordinem aliquem professa, Confessorem habeant alium q̄ eiusdem ordinis & regulæ.

Religiosi omnium ordinum, ut finitæ & suspicionis etiam tollatur occasio, quascunq; mulieres, & religiosas, & seruientes Deo, in ambitum, seu periodū monasterij recipere, aut introducere nullatenus presumant.

Religiosi cōiuia seculariū nō frequentent, sed nec facile illos ad Cœnobia inuitēt, nisi necessitas & honestas ad superiorū dictamē id suadeat.

Religiosi mensam non nimī lautam aut sumptuosam, neq; delicijs ad luxum exquisitis, redundantem habeat: quā à benedictione auspiciari, sacræ lectionis pastu souere, hymno & gratiarum actione absoluere conuenit. Interim à longo accubitu, commissationibus fcedis, compotandi studio, à crapula & ebrietate omnino abstineant.

Religiosi ut omnibus bono exemplo, nullis uero, quantū in ipsis erit, offendiculo sint, honesto prædecessorum suorum more, nō nudis byrthis, aut pileis, sed capitibus cucullo tectis in publico incedant. Et nullatenus ad balnea promiscua, aut alia loca publica intrerit: sed nec ad nuptias, aut nuptiarum conuiua uadant. Neq; pueros de sacro baptismatis fonte, per se, uel sufficetas personas suscipere præsumant.

Insuper statuimus, imo antiquorū Patrum Canones renouando mandamus, quod nullus monachorū pro lucro terreno, de monasterio suo exire, ne phandissimo ausu, aut secularibus negotijs sese immiscere præsumat. Itaq; religiosos à curtibus monasteriorū suorū, ad monasteria reuocari, & curtes p fideles Laicos, seu præbēdarios administrari iubemus.

Insuper, Mendicantium ordinum Prælati omnino prouideant, ne post hac terminarij eleemosynarum, partem quoquis modo sibi uendient, sed eas colligentes cum honestate morum, Dei habitu timore, omniscandalo semoto, integrum ad Conuentum, & in commune conferre, & præsentare, ad uitandam proprietatis notam, studeant.

DECRETA CONCILII

De Monasterijs non molestandis.



Icer ex iniuncti nobis pastoralis officij debito, super cū-
clum gregem nobis commissum, mentis nostræ acie diri-
gere teneamur, uigilantius tamen & cautius agendum
ducimus in ijs, ubi ludeitorum nostrorum maiora incom-
moda & pericula uertuntur. Sane uti ex plurimorū que-
rela didicimus, multi Barones, Præfecti, Officiati, aut alijs nobiles & i-
gnobiles, in trāfigendis aut componendis suis, uel aliorum controuer-
sijs & dissidijs, uel simili prætextu, se se cum equis & iumentis in Mona-
steria, uel eorum curtes, aut possessiones cōferunt, & hospitio excipi uo-
lunt, ut nedum luxus, dissoluendæ religionis & monasticæ disciplinæ,
ac turbandorum diuinorum inhibi in animarum discrimen, & Dei offen-
sionem occasio nascatur, uerum etiam ut experientia docti competimus,
nisi prouisionis nostræ auxilio succurramus, periculum sit, ne Monaste-
ria tandem funditus exhausta, depauperentur & collabātur. Nos itaq;
huiusmodi malo, ac innumeris præterea, & diversis tribulationibus &
iniurijs, quibus sub præfato prætextu religiosi sēpe afficiuntur, medellā
competentem, quam possumus adhibere uolentes. Mandamus omni-
bus Præfectis & Officiatis nostris, ac alijs quibuscumq; baronibus, nobi-
libus, & ignobilibus, ut nūc, & post hac, talia iā prædicta tētare & facere
nullo modo præsumant, neq; sub colore memorato aut simili, Monaste-
ria aut eorum curtes infestare aut molestare deinceps atteatent.

Mandamus insuper districte, omnibus & singulis Abbatibus, Prio-
ribus, & Religiosis, ne deinceps tales etiam proprio suo consensu reci-
piant uel admittant. Et si per aliquem Prælatum, aut alium quempiam
permisum, concessum, uel actum fuerit, animaduersione condigna ita
cum illo agemus, ut cæteri ab exemplo discant obedire. Et si cōtra pre-
missa uiolenter quisquā se se ingererit, aut indebitè iniurias, aut molesti-
as monasterijs, aut eundem personis intulerit, in eundem præsentis sta-
tuti uigore excommunicationis sententiam ferimus. Atq; uolumus, qd
Prælati & Religiosi, eundem nobis, aut Officialibus nostris, publice fa-
gnificare & deferre nominatim teneantur. Nos uero, aut Officialles no-
stri, extunc contra eundem ordine iuris seruato, usq; ad condignam ui-
olen-

PROVINCIALIS TREVEREN. X.

plentie, iniuriarum & damnorum satisfactionem procedemus, & per Officiales nostros procedi mandamus saluis nihilominus, & in suo robore duraturis omnibus alijs Apostolicis, Imperialibus, ac prædecessorum nostrorum constitutionibus & ordinationibus, per quas ecclesiis & personis ecclesiasticis, in suis libertatibus prospectum est & prouisum: quas etiam innouavimus, & per nostram Ciuitatem, Dice cœsim, & Provinciam Treverensem, iniuiolabiliiter obseruari mandamus: Iure etiam & præminentia patronorum & fundatorum semper saluis & illibatis.

Præterea inhibemus hac nostra Synodali constitutione, ne quis aliquam religionem professus, ecclesiarum parochialium gubernacula, & curam suscipiat, nisi de nostra uel ordinariorum admissione, substante causa legitima, & superiorum suorum uoluntate & licentia obtenta. Ita tamen, quod per superiores suos reuocari possint, ac reuocati humiliter obedire teneantur. Et si qui haec tenus aliter admissi sunt, uel assumpti, volumus & iubemus, per Officiales nostros, in Ciuitate & Dicecessi nostra Treverensi, ac per Suffraganeos nostros, eorundemque Vicarios, per totam prouinciam Treveren, ad superiores illorum remitti, ut dignos dent temeritatis suæ peñas.

Ecclesiæ uero Monasterijs unitas seu incorporatas, si non tanta intercedpine distant, quin religiosi earundem curā habituri, in cōmunis uitæ regulari obseruantia & obedientia degere possint, per huiusmodi religiosos prouideri & regi, modo idonei sint, permittimus. Si uero Vicarios alios, siue in propinquis, siue in distantibus parochijs, perpetuos uel amobiles pro arbitrio constituere uelint, haec nō præsumant, nisi p' nos, nostros Suffraganeos, aut Officiales nostros, & Vicarios, tamq' habiles & idonei reperti & admissi fuerint.

Volumus insuper, quod religiosi a d' curā animarum sic admissi, per omnia se parochialibus sacerdotibus, iuxta has nostras, & prædecessorū nostrorū Synodales cōstitutiones & ordinationes, nec nō uniuersalis Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis, Canones in uerbi diuini explanatione, Euāgelij prædicatiōe, diuinorū celebratione, sacramentorū administratiōe, per oia conformēt, & nihil nouitatis introducere præsumant.

Mendicantium uero ordinū fratres, in uerbi Dei propositione &
C n̄ prædi-

DECRETA CONCILII

prædicatione, in audiendis confessionibus Christifidelium, in sepulturis & funeralibus, & alijs huiusmodi, se per omnia conformiter constitutio-nibus & ordinationibus Apostolicis desuper æditis: quas in posterum inuiolabiliter obseruari mandamus. sublata penitus potestate, cæ teris religiosis quorumcunq; ordinum, non mendicantium, ad curam anima-rum, ut præmittitur, non admisis nec receptis, ne ihs se ingerant: qd eidem districte præcipiendo mandamus: saluis tamen regularibus con-stitutionibus omnium eorundem ordinum.

De casibus uero nobis reseruatis, hoc statuimus, ne quis eorum de-cisionem sibi arroget, nisi à nobis specialiter sibi cōmissum fuerit. Nos tamen hoc negotium dabimus expertis, eruditis, & probatis aliquot presbyteris: prout etiam in similibus casibus Suffraganei nostri alijs per suas Dioceses designare poterint, quibus hoc committant.

In casibus uero non reseruatis, nullus parochianum alterius paro-chiæ absoluere præsumat, nisi de licentia ordinatorum loci, uel ex per-missione proprij parochialis sacerdotis, id est non nisi in casibus in con-stitutione Baldini felicis recordationis prædecessoris nostri expre-sis. Et religiosi, etiam mendicantium ordinum fratres, non obstante quocunq; priuilegio, in Civitate, Dicececi & Provincia nostra Treue-rensi, præmissa obseruare debebunt & tenebuntur. Imo Priors & Guardiani, non debent deputare fratres suorum ordinum, ad confes-siones audiendas, nisi peritos & prudentes, qui etiam à nobis, & Ordini-arijs locorum, & non alijs, (quibus per scripta superiorum nominari & præsentari tenentur) admittendi sunt.

Et cum omnes Christifideles, ex constitutione Ecclesiæ, semel in anno teneantur proprio sacerdoti confiteri, si quis hoc neglexerit, & in Paschate sacram Eucharistiam accipere recusauerit (nisi forte de licen-tia & consilio confessoris abstineat) sic decedens, careat ecclesiastica sepultura, & uiuus ab ingressu Ecclesiæ arceatur. Proinde in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus Ecclesiarum Rectoribus, Vicarijs, & Capellanis, curam gerentibus animarum, ut omnes huiusmodi rebel-les & inobedientes, nobis, aut locorum Episcopis & Ordinarijs, per scripta nominatim indicent, ut uel Canonice puniantur, uel pudore suffici, explicant. Quamobrem etiam districte prohibemus omnium ordi-

ordinum religiosis, curam animarum non habentibus, ne aliqui sacram Eucharistiam porrigeret presumant, nisi de expressa permissione, & scientia pastoris.

De Decanis Christianitatis.



Oolumus, ut omnes Decani, Archidiaconatus tituli sancti Lubentij in Dietkirchen, se conformiter Archipresbytero in Metzflaria, & illius statutis & iuribus, in casibus qui singularibus statutis decisi non sunt.

Cæterum in omnibus alijs Archipresbyteratibus, & sedium Christianitatis Decanatibus nostræ Dice cœsis, uolumus & mandamus, quod omnium & singularium ecclesiastarum parochialium Curati, intra annum à die acceptæ possessionis, per se, uel procuratorem legitimum, præstent iuramentum Decano, quo præstito, in fratrem recipiatur, & saluis iuribus Capituli consuetis, Decanus nunc & post hac a sic recepto, habebit pro se unum aureum Rheneñ. Et tenebitur quilibet in Capitulis generalibus & annalibus, & similiter, quando necessitate occurrente, Decanus Capitulum indicit, sub pœnis consuetis comparere, & quotam expensarum & sumptuum a Decano factorum persolvere. Nec non deinceps, quocunq; pastore uel plebanio decedente, nostro nomine marcham nobis debitam, ipse Decanus subleuabit, & Sigillifero nostro fideliter tradet.

Et pro se & iuribus suis, a quolibet sic decedente, ipse Decanus habebit tres florenos Rheneñ, in auro, non obstantibus quibuscumq; alijs statutis & consuetudinibus: quæ & quas præsentium tenore cassimus, irritamus, & reuocamus. Atq; præcipimus, quod deinceps contra præmissa nullæ siant pactiones, statuta, aut ordinationes, nisi de nostra, aut Archidiaconorum loci, expressa admissione & licentia.

Et quo præmissa in plenarium effectum deducantur, ut cupimus, Volumus & præsentium tenore statuimus, si quis clapso anno, in fratre Capituli, ut præmittitur se recepi non curauerit, tunc in pœnam eius, propter contumaciam, fructus anni illius, qui nostrum annum consequitur, sequestrerentur. Et nisi intra eundem annum paruerit, extunc tales fructus confiscabuntur nobis pro media parte, reliqua medietate

C iii in-

DECRETA CONCILII

Inter Archidiaconum loci, & Decanum dividenda. Et sic deinceps singulis annis fiat, donec & quoque paruerit.

Præterea singuli Capellani, aut uice curati, non residentiū Pastorum, tenebuntur singulis annalibus Capitulis comparere, & ostendere Decano commissionem regēdi: alias eisdem præsentis statuti uigore excommunicatiōis sentētia teneri uolumus. Mandantes Decanis locorū, ut mox tales nobis, aut Archidiaconis nostris, denuncient declarandos.

Atq; ipsi Capellani, seu uice curati, nunc & in posterum de fructibus aut arrenda nullatenus respondeant ante finem anni, nisi retenta marcha, & media marcha præmissis. Alioquin ipsi de his respondere, & de suo soluere tenebuntur. Quod etiam tempore Capitulorum obseruandorum generaliter, & cuilibet specialiter, tempore admissionis iniungi uolumus & mandamus.

Insuper statuimus & ordinamus, quod deinceps decedentibus Prælatis Monasteriorum, siue Collegiarum ecclesiarum, quibus quacunq; auctoritate ecclesiæ parochiales unitæ, aut incorporatæ sunt, ita tamen & taliter, quod non per fixos Vicarios sed duntaxat ad nutum amobiles capellanos gubernentur & regantur, quod extunc morte Prælatorum intercedente, nobis marcha argenti, alijs uero Archidiaconis, sediū Christianitatis Decanis & Capitulis, infra annum iura alijs præscripta persolvantur. Insuper præcipientes, ut ipsi Capellani, ut præmittitur amobiles, non nisi idonei admittantur, & admissi ad comparitionem, & omnia Capitularia onera teneantur & compellantur, sub modia & formis præscriptis.

De Competentia Pastorum.



Vnum multorum quære la pulsante intellexerimus, uarios esse, qui uel ob inopiam Parochias suas deferere & mutare, aut contra Canonum sanctiones secularibus negotijs sese implicare, aut pro sacramentis ecclesiasticis immoderate exactiōem facere præsumunt, aut in dedecus clericis ordinis, uictum quasi emendicare coguntur, dignum esse & æquum arbitramur, ut qui altari seruiunt, de altari & uiuant. Ne q; absonum reputamus, ut ea quæ ex antiqua consuetudine locorum, Pastoribus & Curatis

Curatis solui & præstari eisdem solita sunt, & si modica sint, benigne persoluantur: eoque minus sub hoc prætextu sacramentorum uenditionem cauerunt isti, qui omnia sinistre in ordinis clericalis confessionem interpretantur: atque ut omnium in hoc uniformis obseruantia in nostra Dicecisi constituantur, maturo consilio statuimus & ordinamus, ut deinceps in nostra Ciuitate, & Dicecisi Treveren, Curatis pro licenciario seu dimissorijs literis, duodecim albis rotatos, pro educēdis seu benedicendis puerperijs, duodecim denarios, pro eo tempore, quo sacrosanctum Eucharistiae sacramentum ad infirmos defertur, quatuor denarios, extremæ vero unctionis sacramentum duodecim denarios, pro offertorio quatuor festiuitatum, pro qualibet unum denarium exigere liceat.

Vltra tamen nullus curatus exigere præsumat, datū tamen aut oblatum, liberaliter recipere potest.

Pariformiter, pro Baptismi aut poenitentiæ sacramentis nihil exigatur, liberaliter oblatum recipere potest.

In nuptijs vero celebrandis sacerdos iuxta consuetudinem loci, cibarijs missis à nuptijs, debet contentus esse, nihil ultra exigendo. Si uto copulati, pro ijs pecuniam largiri uellent, numerum octo alb. excedere non debent.

In funeralibus vero, aut exequijs defunctorum, aut tertio, septimo, & tricesimo, expensis & duobus albis, aut deficientibus expensis, ultra tres albos sacerdotes exigere non præsumant: sed liberaliter oblata recipere possunt.

In pecoribus vero pascendis & custodiendis, & quæ sunt domus doctis Ecclesiæ, curtis & ædificiorum reparatiōe, Decanatus statuta obseruentur: & ijs deficientibus, ad statuta Diceciana, olim per felicis recordinationis Balduinum prædecessorem nostrum edita & condita, recursus haberi debet.

Insuper, si super competentia questio emergerit, cum certa regula dari non possit, coram Ordinario loci proponetur & deducetur, ac summa simpliciter & de plano per officiales nostros procedi, & sententia

DECRETA CONCILII

si am ferrim mandamus; & si diffinitum aut cognitum fuerit, quod competentia danda sit, extunc nos aut Commissarij nostri, quos specialiter ad hoc deputabimus, primo recursum habebut ad decimam parochię, siue eam Clerici siue Laici habeant: atq; hac deficiente, ad pluriū parochialium vniōnes seu annexiones, prout commodius fieri potuerit. & ultimo si nec sic prouideri potest, ordinaria auctoritate parochianos ad debitam parochi sustentationem compellere oportebit.

De Scholis.

Magna & præcipua cura habenda est, ut iuuentus nostræ Ciuitatis, Dicecessis & Provinciæ Treuereñ. a primo æta
tis flore, non minus Christiane pietatis institutis, & incor
ruptis moribus imbuatur, q; rudimentis literarum incon
taminatis recte inserviantur. Quapropter præcipimus, ut
suxta Patrum antiquorum decreta, singula Collegia scholas instaurare,
uel erectas conseruare debeant, & Prælati Ecclesiarum, ac alijs, quibus id
muneris ex officio incumbit, solerter prouidere, ut pædagogi & magi
stri idonei sint & probi, atq; uite omnino inculpatæ: qui ea prælegant,
quæ puerorum seu adolescentium ætati conueniunt: dummodo non sint
obscena, suspecta aut contagiosa. Simili ratione hæc obseruanda sunt in
scholis parochialibus, oppidorum & aliorum locorū Dicecessis & Pro
vinciæ nostræ Treuereñ. In quibus curen̄t parochiales sacerdotes, si in
præmissis defecctus aut negligentia suboriatur, quod Ordinarijs locorū
denuncient: quibus iniungimus, ut diligenter circunspiciant, ne quid in
hjs quæ ad ueram eruditionem, aut ad pietatem & cultum Dei attinet,
negligatur. Præterea, quo Collegia doctis & bonis uiris ornentur & il
lustrentur, Prælati ecclesiarum & Capitula, Canonicos suos, id petentes,
tribus annis expectantiarum finitis: (quorum primus nobis, secundus
præsentiarum augmento, tertius ecclesiarum fabricis debetur, non ob
stantibus alijs expectantiarum, aut primæ residentiæ annis, ex statutis
uel consuetudinibus debitiss, que & quas ad effectum præsentem studi
orum obtinendum, reuocamus & cassamus, sed que tamen ad alios, ad
studia non destinatos, illibata esse uolumus) si in sacris maioribus ordini
bus fuerint, & studijs apti extiterint, ad Vniuersitates Catholicas, arbio
tri

trio Capitali, nec non sufficienti tempore eis determinato, ac praebenda debita eisdem assignata; salvo tamen & deducto consueto onere, mittere debent. ipsi vero in minoribus ordinibus existentibus, de praebenda, quæ eis deducto onere si refiderent deberetur, in absentia responde re tenebuntur: data tamen prius sufficienti cautione, de perceptis simpliciter Ecclesiæ restituendis, si finitis annis pro studio concessis, mons tunc infra proximum annum sacris maioribus ordinibus initiari, & apud eisdem ecclesiæ residere distulerint: non obstantibus quibuscumq; statutis uel consuetudinibus ecclesiæ, quibus auctoritate nostra de cō sensu huius Synodi nostræ Provincialis, quatenus præmissis contraria fuerint, præsentium tenore derogamus, & pro ista parte tollimus, cassamus, & annullamus.

Vt nemo Clericos, uel Ecclesiasticas personas, ad iudicium seculare trahere præsumat,



Agnus abusum & Canonibus & Imperialibus legibus contrarium, omnino tollere & abolere affectantes, uetera statuta Provincialia prædecessorum nostrorum innovamus, & districte præcipiendo mandamus, q; nullus ecclesiastici psonam trahere ad iudicium seculare præsumat,

Et si Laicus actor hoc fecerit, à iure suo cadat, & iudicatum non te-neat, & iudex extunc omni potestate iudicandi sit priuatus.

Clericus vero actor alium Clericum trahens ultra præmissa, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

Clericus vero reus sub simili poena, præter alias penas iuris in iudicium Laicale non consentiat.

Et quicunq; iudex secularis, directe uel indirecte per se uel alii Clericū coram se litigare aut respondere compellit, aut cautionem uel fideiussionem exigit, aut impedimentum & molestiam infert aut procurat, quo minus ecclesiastice personæ, in foro ecclesiastico libere age-re & defendere possint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat: à qua nō debet absoluī, nisi prius omni danno & interesse (ut uocamus) restituto, prout latius in prioribus statutis prædecessorum nostrorum ordinatum reperitur. At sub similibus penas, iudex secularis

D Cleri-

DECRETA CONCILII

Clericos reos non compellat, sed & eis agentibus in foro seculari, iustitiam denegare non præsumat.

De Immunitate Ecclesiæ.

Reterea statuimus, quod nullus a personis Ecclesiasticis, seu eorum bonis, contra libertatem Ecclesiasticam pædagia, thelonia, angarias, perangarias, collectas, aut exactiones extorquere aut imponere præsumat, quinimo ad abstinentiam ab ijs, & similibus, & ad restituendum, si quis aliquid extorserit, Canonica monitione præmissa, per ordinarios locorum, iuxta ecclesiasticam censuram cogatur.

Ne quis aliqua statuta, contra libertatem Ecclesiæ facere præsumat.

Verterea Statuta prædecessorum nostrorum innouando & extendendo, præsente nostra ordinatione cassamus & irritamus, omnia statuta & consuetudines, quæ & quas ciuitates, cōmunitates, & loca, Præfides, Potestates, Rectores, & Consules, & quæcunq; aliae psonæ, contra libertatem ecclesiæ edere uel seruare psum pserint, & si aliqui secundū statuta uel consuetudines memoratas iudicauerint, judicatum uigore careat, & ipsi iudicantes uel exequentes, ipso facto inhabiles sint ad omnem legitimum actum in Ecclesia; saluis nihilominus alijs penis, contra tales in Concilio generali promulgatis.

De vita & honestate Clericorum.

Dicitur sacre Cesareæ Maiestatis Augustanam reformationē nobis, & alijs Archiepiscopis, Episcopis, & Ecclesiariū Præfatis, ad deliberandum traditam, & eam quasi sacris Canonicibus consonam & conuenientem, sine omni sanctæ sedis Apostolicæ præiudicio probatā receperimus, & in nostra Diœcesi Treuere solenniter publicari & exequi, quantum in nobis fuit, curauerimus, atq; nonnulla statuta morum correctionem concernentia, in nostra Episcopali Synodo edī & publicari mandauerimus in quibus abun-

de &

PROVINCIALIS TREVENER.

XIII.

De & sufficenter contra symoniacos, concubinarios, sortilegos, ebrios, usurarios, & alios criminosos prouisum existit: Nos tamē nunc auctoritate Metropolitica, ea omnia innouando hortamur, & monemus omnes & singulos nostrę Ciuitatis, Dicecisis & Prouincie Prælatos, & subditos, quatenus quemlibet concernit, ut Dei timore & reuerentia habitis, omni prauo affectu semoto, cum sacrę Cæsareę Reformati onis intuitu, tum nostra Metropolitica auctoritate, ex sacrorum Cano num, & generalium Conciliorum præscripto, sancta sedis Apostolicę auctoritate semper salua, in omnibus ijs sele irrepræhensibiles & inculpabiles reddant & exhibeant. Alioquin Prælatorum negligentiā, subditorum uero excessus, opportunis iuris remedij, in quantum possumus, supplebimus & corrigemus.

Ut quilibet habeat copiam statutorum Prouincialium.

E quispiam affectata ignorantia se ualeat excusare, præcipimus & mādamus, q̄ per Ciuitatē, Dicecism & Prouincia nostrā Treuerensem, horū nostrorū statutorum legitima fiat publicatio, & qd omniū & singulorū Monasteriorum, Collegiorū, Prælati & Rectores, nec nō Christianitatis Decani, & plebani locorum, copiam statutorum, & aliorum prædecessorum nostrorum, & præsentium statutorum, semper & continuo penes se habeant & teneant, & in ijs statuta & ordinata, in quantum quemlibet concernunt, in uolabiliter obseruent. Alioquin negligentes seu contrarium facientes, in ijs scriptis excommunicamus, præter alias poenas supra comminatas: reseruando tamen nobis, & successoribus nostris Archiepiscopis Treverē, Metropolitanis, potestatem super præmissis omnibus & singulis, addendi, minuendi, corrigiendi, extendendi, interprætandi, & declarandi, quoties opus fuerit, & uisum erit expedire, in cuius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Metropolitana nostra eccl^e sia Treverē, die decimo tertio Maii,

Anno M. D. XLIX.

Dij Acta &

Acta & decreta Synodi

DIOECESANAE TREVEREN. PRAESIDENTE
Reuerendissimo, in Christo Patre, & amplissimo Principe, domino, Do-
mino Ioanne Archiepiscopo Treveren. Sacri Romani Imperij per
Galliam & regnum Arelatense Archicancellario, ac Principe
Electore &c, celebratae uigesima quinta Nouembris.
Anno M. D. XLVIII.

MANDATVM CONVOCATIONIS.



OANNES Dei gratia, Sanctæ Treveren. Ecclesiæ
Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij, per Galli-
am & regnū Arelatēn. Archicancellarius, ac Prin-
cipes Elector. Vniuersis & singulis Cathedralis
nostræ, & Collegiarum Parochialiumq; Eccle-
siarū, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanibus,
tum Ruralibus diuinorum Rectoribus, curatis &
non curatis, alijsq; Ecclesiasticis personis, Ciuitatis
& Diœcesis nostræ Treveren. quibuscumq; cōiunctim, aut singulatim,
qui nostræ Synodo Episcopali, de lute aut consuetudine interesse con-
sueverunt & tenentur. Salutem in Domino sempiternam.

Neminem uestrum latere uolumus, quod Clementissimus & inui-
ctissimus Princeps, & dominus noster Carolus V. Romanorum Impe-
rator, seimp Augustus, Publicæ pacis & tranquillitatis uindex, Comitijs
hisce superioribus Augustæ celebratis, omnem animi consiliq; rationē
in id contulerit, ut pro admirabilisua prudentia simul, & suscepito cœli-
tus Ecclesiam tuendi Catholicā officio, rebus iam in extreum pericu-
lum adductis, ac religioni prope uniuersæ improborum licentia oblite-
ratq; opem ferret, eamq; quoquo modo posset diuina aspirante gratia,
in tutū trāquillitatis portū, de medijs procellarum, turbinumq; fludi-
bus reduceret. Itaq; hac tam iusta ac necessaria ratione commotus, ni-
mitum quo celerioribus consilijs rebus lapfis succurreret, idoneaq; ma-
gis uia subuenire posset, tantāq; actam pestilenter hæreticorum con-
tentio-

tentionum inundationem reprimere, reuocata redditaque inclytę Germanicę Nationi pristina auita quę luce & pace, à Catholicis Imperij mēbris, præter alia de religionis forma, à sua Maiestate diserte declarata, clementer monendo postulauit, ne quid ab obseruationibus hactenus in universalı Dei Ecclesiæ ritibus, sanctisq; obseruationibus quisq; digrederetur: Imo, ut cum nos ipsos in primis inculpatos, circa religionis normam exhiberemus, dum etiam nostræ fidei commissos, in diuina disciplina ita moderaremur, ut omni diligentia cautum accurateq; prouisum uidetur, ne alicunde insolens quid aut alienum à uetus Ecclesiæ Catholice ritibus irreperet, aut intronasti pateremur, sed immobiles potius, tanq; ad scopulum tabula aliqua naufragio eieci, ita ad relictam à maioribus religionem, usq; ad generalis Concilij definitionē, adhæceremus. Quod quidē fieri posse illius Maiestas existimauit, si ecclesiarū mores, uiceq; ratio ad meliorem sanctioremq; formam reuocarentur. Huic igitur tam pie monenti, perinde atq; diuino oraculo omnes Catholici, Imperijq; Principes, ac status, ut par erat, lubenter paruerunt, & pro se quisq; simulatq; ad suos rediisse, curaturum recepit. Et ne foret cuiq; necessarium, qualis nam esset reformati processus modusq; assumendus longū cogitādo tēpus impendere, Sacra illius Maiestas sibi haud quamā graue duxit formam nobis proponere, ad amissim cōsentaneam scripturis & ccelitus inspiratis canonibus, quam de sacrorum Voluminum penu, piorum literatissimorū hominum industria, deprop̄slerat: Qua quidem admoniti singuli, quid apud suos factō opus esset, ad restaurandum Ecclesiæ integratatem, non difficulter neq; obscure perspic̄cerēt. Hanc igitur nos protinus, ut a Comitijs uobis redditissimus, cōuocato Clero nostro, Superioris nostræ Diceclisis Treveren, in Cathedrali Ecclesia Inferioris uero in Confluentina arce, Reformatiōis Formulam, iuxta Cæsaris mandatum publicari, & prælegi omnibus uobis curauimus; ac nunc de integro etiam a uobis exigimus, monētes & obsecrantēs, aut etiam virtute sanctæ obedientiæ, & auctoritate nostra præcipientes, ne quisq; uestrum a declarata Cæsarez Maiestatis Formula, institutionibusq; Ecclesiasticis, & a maioribus nostris cōseruatae disciplinæ, uel in Cathedrali, aut secundarijs parochialibusq; Ecclesiis, Monasterijs, Sacellis, oratorijs, aut ullis locis religioni dicatis, discedat, aut a-

ACTA ET DECRETA SYNODI

Si enim aliquid insolitum ve agat, uel obstrepere præsumat, sed ea o-
mnia qualia sunt, summo studio & animo cōpletatur, obseruet, & con-
stanter re ipsa & opere prosequatur.

Deinde quoq; eadem auctoritate requirimus, ut ad Synodum no-
stram Episcopalem, in qua executionis edictum concludetur, die consti-
to, in Ecclesia nostra Metropolitana, ceteris postpositis rebus omnibus,
propensis animis conueniatis, quo possimus in cōmune consulere, ac
dispicere ea omnia, quæ extirpandis erroribus erunt necessaria, & ad
rectam diuinorum officiū administrationem conducibilia. Inquisituri
præterea, quod etiam communis salus maximopere postulat, quid ad
morum ornamenta, splendoremq; conferat, quid uitam emendat, ac
nos deniq; extra maleuolorum reprehensionem ponat. Quas quidem
cōmoditates ac officiū certissima adiumenta suppeditabit, cū recti
cupidus in Synodum allatus animus, tum ipsa norma & obseruatio ue-
terū Canonū diuinorumq; scriptorū, quæ sacro spiritus afflatu, quasi
indice uiā ostendent. Ac ne quis dicat, sibi de huius nostrę Synodi, deq;
reformationis intimatione certi nihil constitisse, talicq; prætextu effu-
gere se speret: Ideo in omnem Ecclesias nostras religionem & agrum
tot Reformationis exempla spargi curauimus, ut omnibus uobis à
maximo ad minimum sufficere credamus. Quamobrem ad unum omnes
ratione officij nostri appellamus, & paterna charitate adhortamur,
obsecramus, & monemus, ut cum hanc religiōis disciplinam diuinitos
Cesari inspiratam nacti sitis, operam detis, ne uosq; omnes hoc inten-
dat, ut illi per uos respondeatur, eiusq; tangē fideles ministri in omni-
bus & singulis articulis curam summā habuisse videamini: neq; impuni-
tum erit ea quæ hic iubentur non præstare, aut ad illius præscriptū non
explodere in totum quicquid iam diu seu ientibus dissentionum tem-
pestatibus à Catholica Ecclesia alienum, sanctocq; gregi noxiū, atq;
huic reformationi contrariū fuerit inuentum. Si uero quisq; obtempe-
rare noluerit, aut obstatuerit, quo minus hec Reformatio in opus produ-
catur, eius in futura Synodo iudicia faciat: ut aut nostra in talem auto-
ritatis iuxta Canonum censuram animaduertat, aut ad Cæsaream Ma-
iestatem uti iniunctū est omnibus, de huiusmodi pertinacia relatio fiat.
Quamobrem unum quemq; magno & seculo animo ad promulgan-
dum

dum reformationis doctrinam procedere iubemus, quia certus modo
luculentæ ueritatis scopus à Cæsare erectus est. Ad cuius conspectum,
nulla uia aut potestate territi, una cum illis, quorum curam geritis cōni-
ti debetis. Et hoc modo ad constitutū dīē in Synodo idonei cōparea-
tis; in qua sane, nos una cū uobis, iuxta promulgationē harū literarū,
ad reformationis executionem erimus intenti, digna uidelicet excessi-
bus istis, qui contra reformationē commissi sunt, & cōtumacibus, reme-
dia adhibituri. Porro in fidem & testimoniu[m] præmissorum, præsentes
nostras literas, sigillo nostro sub impresso fecimus cōmuniri. Datū ex
oppido nostro Vuitlich, die xxx. Octobris, Anno millesimo, quingen-
tesimo, quadragesimo octauo.

Cum itaq[ue] dies uenisset, qui à Reuerendissimo patre, ac Domino Io-
anne, Archiepiscopo Treveren. Principe Electore indicatus erat, ad ce-
lebrandā Synodum, co[m]paruerunt Nobiles & Reuerendi patres, ac do-
minii Archidiaconi, Abbates, Præpositi, Prælati, Archipresbyteri, De-
cani, cæteriq[ue] uocati, qui omnes simul in Basilicā maiorem Treverensem
processerunt, & inuocato ante omnia spiritu sancti auxilio, & officio di-
uino peracto, Vicarius Reuerendissimi in Pontificalibus, Nicolaus, Epi-
scopus Azoteni, toti ordini Ecclesiastico præsenti, solenniter benedixit,
& ad Deū preces direxit, quibus transactis, in medium chori progres-
sus, præsentes in Synodo pia & erudita oratiōe hortatus est, ut omnē ope-
rāsuā in Ecclesia Treveren. salutarē Reformationē cōferre dignetur.

Posthunc Doctor Pelargus prodijt, qui in eandē sententiam, Reue-
redos Patres in Synodo congregatos, copiosa oratiōe cohortatus est.

Oratio D. Pelargi Doctoris Theologi, in Synodo Tre- veren. habita.

 Egre quidem, sed tamen passus sum, in hoc tam celebri pa-
trū cōfessu dicendi prouinciā mihi mādari, qđ publicā au-
ctoritatē (qux eā necessitatē imposuit) detrectare integrū
nō fuerit, etiā si rerū hac oratiōe tractādarū, magnitudo &
difficultas p[ro]modū deterreat ab officio. Proinde cū hāc
tā ancipite, puinciā, & gratificādi studio, & recusādi pudore suscep[t]ā, ul-
terius dep̄cari nō liceat, & tñ uestre expectatiōi respōdere nequeā. (Nō
D iiiij enim

ORATIO D. PELARGI

enim qualis cumq; sed grauis & quidem pro gravitate exigitur oratio,) Precium opere me faciunt existimo, si liberandi fidei meæ, flexanum illum spiritum cœlis deuocauero, qui mentes nostras luminis sui radij coruscat, Orationi vim & energiam suppeditet: Deniq; in amorem eorum, ad quæ nos in hoc Synodali confessu cohortatus sum, cor da uestra excitet, extimulet, rapiat, accendat, inflammet, & incalescere faciat: quod ut facere dignetur, uos quoq; flagrantibus uotis ab ipso cōtendere conuenit.

Porro, non stat sententia hac oratione operam sumere colligendis, celebrandisq; uirtutum uestrarum laudibus, quod & dignitatibus, & meritis uestris forte conueniet. Certè causæ inquam tota fere hæc nostra oratio incumbit, magis exhortatio congruit, tamen eti per multa sunt factores, quæ gratulationē satis & laudem merentur, cur hoc unum cōmemorasse satis habeo, quod in hoc odiosissimo tumultu, ac formidanda renouatu, uarie tentati & pulsati, nulla ratione aut persuasione passi estis, in ditionē hostium, proditorumq; Ecclesiæ & fidei uos redigi, sed in castris Christi, firmi, immoti, invicti, & ipsi constitistis, & fidei uestre concreditos, etiam eos qui forte uacillantes, ac propriodium persuasiōnem defecturi uidebantur in apostasian & hæresim, in fide & officio continuuisse. Quod si laude dignum est, a desertoribus ac profugis in totum abstinuisse, nullamq; unq; cum ipsis habuisse consuetudinem: Si uirtus est, & uitam illorum & dogmata odiisse ex animo, quibus uos laudibus ferēdos esse sentiam, qui non modo, non ad hæreticoru; castra defeceritis, uerum etiam pro defendenda Ecclesiæ dignitate, & fortunam, & capitis quoq; periculum fortiter neglexeritis: Dum scilicet superioribus aliquot annis iuratus hostes per Treuericos agros grassatus, & religionem labefactare, & fidem etiam uestram expugnare, nefandis ausibus sibi sumpsit. Verum enim uero, cum ego uestram hanc in fide constantiam, obfirmatam pertinaciam, ac singularem animi fortitudinem uobis congratulor. Laudo quidem uos, sed in transcurso, & tanq; aliud agens, hoc numerum, ut magis magisq; uos incitem & cohortem, ad istiusmodi uirtutum studia: haud ignarus eius sententiaz, quā externæ sapientiaz autor quidam extulit, Virtutem laudatā crescere, gloriamq; immeasum calcar habere. Macte igitur hac constantiaz uirtute este uiri patres ac

tres ac domini, & ad quod Paulus quoq[ue] cohortatur: Vigilate, ac state in fide, quā gratia Dei assecuti estis, per quam & salutem uos consequenturos esse speratis. Nec ab ea ulla hæreticorum persuasione diuelli uos patiamini. Hoc enim pacto perpetuam & nunq[ue] intermortitaram nominis uestri memoriam comparabitis. Imo uero partam iam comparatam qz, tā insigni preclaroq[ue] facinore, etiam atq[ue] etiam confirmabitis.

Est uero aliud uiri patres ac domini, quod in uobis desiderem, quod unum moneo, hortor, oro, obsecro, omni deniq[ue] studio à uobis contendo ac flagito: Quamobrem peto, ut pro humanitate uestra, & admonentem & obtestantem me, & quis benignisq[ue] animis audiatis, Rem nāque iustum, honestam, & reipublicæ q[ue] maxime profuturam, oratū uos hoc uenio: nisi forte non sit iustum & utile instaurare bonarum sacrarumq[ue] literarum studia, aut non ex honesto publicam Ecclesiaz lustrare disciplinam, aut forte est aliud Christianæ reipublicæ magis necessarium & utile. Quod si & quum & bonum me postulare iam intelligitis, impe trem obsecro. Ideo enim ea de re, etiam atq[ue] etiam admonendos atque obtestandos uos esse duxi, quod hunc unum coactę Synodi scopum ac finem esse uideā, ni fallar, ut & obliterate diu res literaria restituatur ac repurgetur disciplina status Ecclesiastici: quod ut fiat, luculenta necessitas uos mouet urgetq[ue].

Vt enī neglectis agris, filix noxiūq[ue] id genus germē innascitur, ita neglectis scholis, ingenij inquā & animi cultura, immanū diclu, quāta, quāq[ue] uenenata errorum, hæresum, scandalorum, offendionumq[ue] ziania fusq[ue] deq[ue] in agro Dominico suppallulent, nō sine incredibili Ecclesiaz malo & incommodo. Quātis enim bone Iesu tenebris, quā horrenda caligine obruta & obducta uidemus propemodum omnia. Quis nō deploret studiorum puritatem, a multis iam inde annis, nedum neglectam, etiam contaminatam, labefactatam, condensatisq[ue] tenebris obumbratam? Artes, Philosophiam, diuinasq[ue] literas non satis pro dignitate tractatas: quē rectius tractatę, multum profecto attulissent luminis, plus religiosē minimeq[ue] fucatę pietatis. Quid dissimulamus? quin quod omnium verissimum fatemur, an non collapsa ac prope extinctis, scholis, magnum uulnus Christiana accepit respublica? Quid ita inquis? dicam in genere, si quidem libera est Synodus: In scholis docentur bonæ

ORATIO D. PELARGI

literæ & artes, quas Græci λαγητισαι uocant, nos liberales, Literarum studia ad Philosophiā, tum naturalem, tum moralem uiam sternunt. Porro ut rerum naturæ cognitio uiam munit ad professionem medicam, ita morum disciplinæ non parum adminiculantur, & Theologizæ, & Liberalis prudentiae: ex qua nimis ius, siue sacrum, siue prophaneum ortum esse existimant. Quis iam non uidet, quantum fructus ex scholarum seminarijs ad rem pab. redijt, siue ad bonam corporum habitudinem, constitutionemq; instaurandam, alendam, & confirmandam, siue respublicas recte & ordine gerendas & administrandas: siue ad uitam pie, ac religiose instituendam & cōponendam. Contra neglectis literarū & Philosophiæ studijs, quælibet amabo, possit esse doctrina in templis: quid sani iudicij: quid opis apud Medicos: quid cōfiliij aut patrocinij apud eos qui Iuris profitentur: petitiæ: Verū esse quod dico, res ipsa clamat, & rerum euenerus confirmat. Nusq; fere non desiderantur artiū, honorariumq; facultatiū professores. In republica quidē experti medici, prudētes lureconsulti: in Cathedra & publico suggestu, eximij & cädide docti Theologi: in templis Pastores: in scholis probe instructi & eruditæ præceptores. Vnde quæso? Neglectæ sunt scholæ, à quibus cōplures annos exularunt, cum liberalia studia, tum uero sanctissima illa, amplissimaque diuinarum literarum disciplina: recepta est in scholas, & aliquādū obtinuit spinosa, senticosa, frigida, jejuna, ac nimis q̄ infelix illa, tum Philosophiæ, tum Theologizæ tractatio. Eis nimis in utramuis autem dormientibus, altumq; stertentibus, quorum aduigilare aut inspirare intererat. Animaduersum est tandem Romanorū Imperatori domini nostri Clementissimi, nescio quibus suggestoribus, eum studiorum antiquæ religionis neglectum Principem causam esse. Quamobrem, tot hodie malis p̄metitur, angitur, & affligitur Ecclesia ab hereticis: nec surdo narrata est fabula. Simul enim ut rescivit rem ita habere, simul neros omnes intendit, strenuamq; nauauit operam, ut postlimineo ad nos redeant honesta, & literarum & pietatis studia. Certe non poterat melioribus consilijs ac ratiōibus succursum esse, afflictis ac pene deploratis rebus Ecclesiæ, q̄ instauratione publicorum studiorum, & reformatione collapsi status Ecclesiastici. Atq; utinam ego syncerū, ardentem, rectiq; ac pietatis amantem illius animum, tam digne possum uobis orati-

bis oratione commendare, q̄ nunq̄ satis pro dignitate potest celebra-
ti. Felicibus illius ceptis agedum viri, Patres, ac domini fauete omnes
non utroq; modo, quod aiunt pollice, sed toto quoq; apertoq; pecto-
re Sed ad rem hoc fateamur omnes oportet, nullare equę opus esse Ec-
clesiae, in has quas videmus angustias contractae, ac liberaliori eruditio-
ne, qua suffragante supperiasq; ferente, facile & libertatem suam, & pri-
orem dignitatis ac gloriae splendorem amplitudinemq; suam vindica-
uerit. Quę causa, si non est & alia, uel sola hortari & excitare nos debet,
ut summa animorum contentione, liberalia experamus & reuocemus li-
beralia studia: qd utinam ea res omnes ex equo haberet sollicitos. Vere-
or enim, ut ea cura tanto minus tangat aliquos, quanto magis student
rebus & à literis & à religione alienis. Venationibus inquam, auctijs,
aleæ, uentri deniq; ac Veneri, ut nihil aliud dicam. Hi hoc durius obiu-
gandi sunt, quod cū pleriq; ipsi impendio indocti ac barbari sunt, cul-
panda deniq; ignorantiae tenebris infuscati, oppressa, extincta, ac de-
leta cupiunt etiam sacrarum literarum studia: sperantes hac ratione, su-
am quoq; iustitiam facilis latere posse. satis esse rati, si nomen ac digni-
tatem suam tueantur ociosis titulis. Habetis priorem orationis partē.

Venio nunc ad religionis ac disciplinæ Ecclesiasticae repurgationē.
quam uero cupiam uere, sincere, minimeq; superstitiose religionis for-
mam & imaginem, non iam literis in tabulis aut membranis deformata
cum circumferri, uerum cordibus uestris inscriptam, impressam, pietatisq;
operibus expressam exhiberi, spectandā ceteris excoare, uiua uir-
tutū simulachra exprimāt. Ad quā item uitā suam exigāt, quāq; imite-
tur. Quemadmodū enim permagni refert recte secusve discipulos pre-
ceptor doceat, ita plurimū interest bene an male uiuat, qui uitæ aliorū
singenda ac formidē suscepit prouincia. Ita enim siue natura, siue mori-
bus comparatū est, ut nō tā facile uerba eius, cui se totū q̄s credidit, quā
facta emulari cōtendat. Quo sit, ut si n̄ qui præsunt, perperam agant,
siant ipsi subditī q̄ simili. ut nihil hoc Gregoriano uerbo uerius sit, quo
ait: Gregem consequenter ferti in præceps, si per prærupta uiciorum
gradiatur Pastor. Quale autem est obsecro, si n̄ quorum refert ex-
rantes & delinquentes corrigere, obiurgare, coercere, atque omni-
no continere in officio, sint ipsi omnium corruptissimi moribus?

E ii Qua

ORATIO D. PELARGI

Quia etiam fronte, qua libertate alios reprehēdēt, si ijsdem aut grauioribus forte uitij sunt ipsi obnoxij: Quisquis secum ipse reputet, quanto pudore sui nominis delinquat subditu, dum ad ipsius exemplum aliud ludat aleam, aliud ebrietati ac crapulæ est deditus, aliud fecdis uoluptibus dat operam, aliud alia pro sua quisq; libidine designant. Meminirit proinde quisq; uocationis suæ, & hoc esse studeat quod dicitur, qdq; auditi Posuit uos Deus in Ecclesiam, alios Episcopos, alios Doctores, alios Euangelistas seu prædicatores, alios Pastores, & dispensatores mysterij uerbi, dispensatores multiformis gratiæ Dei. Magnifici tituli, & quos blande compellati, facile agnoscitis. Atq; utinam uere agnoscatis omnes. Hi enim non tam dignitatis q; officij uestri uos admonent, si sapitis, an uero suscipi decipi habetis, sedere ad Ecclesiarum gubernacula, regere ac pascere gregem Christi, quem tanti ipse fecit, ut ei redimendo sanguinem & sudauerit & fuderit: si nō etiam sanguine fleuerit. Quod si magni hæc uobis sunt, quin(amabo) probe, ut cōuenit respondere curatis, uocationum uestrarum titulis. Hem Pelarge dicet aliquis, extra chorū saltas. Minime gentium, cohortator sum, nō obiurgator: siquidem rogo, hortor, moneo, idq; amanter, quisq; ut suo fungatur munere, & clauum rectum quod dicitur teneat. Quod si me inhortantē ægre forte auditis, Perrum quæso audite etiam obsecrantem, & amplissimis premijs invitantem, ut commissum gregem, exemplo etiam, nēdū uero bo pascatis. Recito uerba Pontificis, presbyteros, uos ipse quoq; presbyter, obsecro: pascite qui in uobis est, gregem Christi, curam illius habentes: non coacti, sed uolentes: non turpis lucri gratia, sed propenso animo neq; ceu dominium exercentes aduersus Clerum, sed sic ut sitis exemplaria gregis: & cū apparuerit Princeps pastorū, percipietis immarcessibilē æternæ gloriæ coronā. Certe uel hinc colliquescit, non satis esse commodo pastori ad populum e suggestu agere, nisi & uita seu conuerstatione studeat aliorum animis certam morum formâ imprimere, idq; non necessitate, aut religione officij, neq; quæstus gratia, sed paterno sinceroq; affectu.

Porro, ut Petrus Ecclesiarum præsides, typos seu formas factos esse dicit gregis Dominici, ita eosdē ipse seruator salē terræ esse dicit, lucēq; mūdi, opinor ut non uno tantū noīe, de officio suo illos cōmonefaciat.

Verum

ORATIO D. PELARGI XIX.

Verum cum hoc non solum Apostolis dictum sit, sed omnibus quorum interest, iusto clavo designatas gubernare Ecclesias: Vestrae quoque curae ac laboris erit, sana doctrina, salsa ac mordaci reprehensione, honeste etiam uitæ exemplis, luxos animos, uelut sale perstringere, urere, & restringere, ne in uitiorum patredinem diffuant, perpetuoscq; uermes spargant. Sic item ignorantie errorumq; tenebris offusas infuscatasq; hominum illustrare mentes, ut & ipsi eadem luce potiantur in Dei gloria. Inde enim Salvator postq; dixit, non esse ex more hominum, ut accensam lucernam subtus modium ponant, sed super can delabrum, ut luceat omnibus in domo existentibus, continentem subiunxit: sic luceat lux vestra coram hominibus, ut uidentes opera vestra bona, glorificet patrem vestrum cœlestem.

Si his qui in Christianismo uix tertias tenent, Apostolas præcipit, ut uita, conuersatione ac moribus, cœu luminaria in edito posito luceant in medio nationis præceps ac peruersæ, si quem forte e tenebris in lucem vindicent: quid non his qui primas tenent in Ecclesiis, faciendum est, in ueritatis lucem reuocandis errantibus? Hæc enim qui sedulo præstat & candide, magnum profecto merentur operæ precium, nam & Daniel uaticinatur eos qui & docti ipsi fuerint, & alios ad iustitiam finixerint, seu splendorem firmamenti, & quasi stellas perpetuo æternumq; fulluros. Et ipse seruator, cum uero magnum uocatum iri ait in regno coelorum, qui iustitiae præcepta, & ipse fecerit, & alios edocuerit. Cōtra enim, minimum fore in regno, qui uel unum ex minimiis etiam mandatis soluerit, aut soluendum esse docuerit. Nihil uero minus conuenit, uel salutarium fieri ac despere, uel lucem tenebrosam esse. Quorū hoc quidem tum deniq; sit, cum n̄j, quorum est sapientiam in alios transfundere, & quasi de suo lumine, lumen in aliorum mentibus accendere, perniciose & ipsi errant, & alios in errorem adducunt. Illud autem tūc sit, cum n̄j quorum resert, sermone gratia salito, probatæq; uitæ exemplo aliorum condire mores, luxosq; solidare animos, aut nō solide docent, sed stulti ipsi cum sint, fatua, ut Esaias ait loquuntur, aut non ita ut loquuntur uiuent, quo sit, ut doctrina illorum despiciat, adeoq; conculetur, despiciatur rejiciaturq; ab hominibus, ut hic quoq; locum habeat Gregorianum illud, Cuius uita despicitur, restat uerius prædicatio cō-

E in temna-

ORATIO D. PELARGI

temnatur. Prius illud Doctorū ac Pastorū gēnus Ieremias subinde taxat, in Prophetis mendacia loquentibus, quibus nihil uanius esse possit aut tenebrosum. Posterior uero ipse seruator in phariseis notat, aut mandata hoīm docentibus, aut alios, ut ad p̄scriptum Mosaicę legis uiueret, urgentibus, cū diuersum ipsi facerent. Qua quidē re, quid, amabo, cogitare possit stultius? dicunt igit & nō faciunt, imponunt humeris hoīm onera grauia, & portatu difficultia, quæ tñ ipsa ne digitulo quidē uel mouere uolunt. His nō melioris notæ sunt, quæ hac nostra quoq; ætate aliud foris docent, aliud ipsi domi agant.

Prēdicant Christum in deserto ieunantem: uiuunt Epicurū splendi de in hortis cenantem, alijs ieunia cōmendant, ipsi Bachanalia uiuunt. Tales Apostolos graphice suis coloribus alibi exprimit atq; obiurgat durius. Ut sciens interim ac prudens præteream obiurgatricem illam expostulationē, qua in Psalmis cuidam dicitur: Quare tu enarras iustitiās meas, & assumis testamentum meum per os tuū: Sed his ualere iussis, ad figuram orationis redeam. & quantum possum uos omnes uenerandi Patres ac domini hortor, moneo, rogo, & obtestor: Age dum fauete rectioribus studijs, eaq; postliminio redeuntia obuijs quod aiunt ulnis excipite; luuate, hisq; instaurandis totum adjicte animum. Huc studium, curam, cogitationes, consilia, operam, conatum, auctoritatē oīm deniq; & fortunas uestras, quantum res fert, conferte.

Quod si quid forte, & in religionis studio neglectum est, curet pro se quisq; emendationis uitæ, usura sarcire, aut anteacti temporis negligētiā compensare. Facietis autem omnino, nisi forte, si quis est qui nullam uel communis reipublicę Christianę, uel dignitatis Ecclesiasticę, uel proprię salutis rationem habendam esse puto, quod mihi quidē de uobis dicere religio sit.

Attamen cogitet quisq; in eadem, q; dicitur, naui nos omnes esse, commune esse periculum: nondum enim proh dñ immortales, ex tantis malis emersimus. Iactatur adhuc fluctibus uentisq; concutitur Petri nauicula. Quare sedulo aduigilandum. Cum primis uero orandus est Christus, ut uentos ipse increpet, procellis imperet, hanc rerum tempestatem in tranquillitatem uerrat, ac fluctuantem nauiculam in portum uindicet; Ecclesiam honestis literarum, tum uero religionis studijs,

dijis præcipuis utique uitæ ornamentis, exornet, foueat, alat, conseruet,
ac tueatur, ad laudem & gloriam nominis sui sancti, & in secula benedicti Amen.

Postq[ue] igitur doctor Pelargus, orandi finem fecisset, celebri atq[ue] de-
centi processione, ex maioris Ecclesie Choro, ad uicinum adeoq[ue] con-
tiguum beatæ Virginis templum itum est: in quo cum ordine Patres cō-
seđissent, Reuerendissimus Treueren, dominus, sequenti uerborū for-
ma per eundem suum Vicarium omnes compellari iussit,

Summaria tractandarum rerum Propositio.



Amici Reuerendi, Generosi, Nobiles, alijq[ue] Patres uenera-
biles in Christo charissimi, Reuerendissimus dominus no-
ster, ob uestrum omnium conspectum, atq[ue] parendi alacri-
tatem, qui ut membra capitii morigera, ad præsentem Sy-
nodum libenter quoq[ue] adestis, plurimum sibi gratuletur.
Tamen quia corporum repræsentatione tantum, atq[ue] personarum in-
tuitu, animorum abdita haud quaq[ue] patescunt, idcirco in primis ad hu-
ius negotiū tractationem, quomodo in manibus est, plurimum referre
existimauit sua Paternitas, si pia atq[ue] libera, claraq[ue] confessione fateamini:
Vtrum uos non modo ex quo animo latrū sitis, illius Reuerendissimā
paternitatem, uestris moribus, si quos uestra parum dignos uocatione
forte perspexerit, iuxta reformationis normam, ac piū eius in uos o-
mnes affectum consulere uolentem: Verum etiam eum animum men-
temq[ue] huc intuleritis, ut persuasum uobis sit, hanc causam, de qua in p-
sentiarum agitur, ex quo omnibus esse communem. siquidē omnes deli-
quimus, cuspamq[ue] admisimus, cur paulo ante acta xestate, immenſam
malorum colluuiem, in nostras omnium cervices uidimus constillasse,
quam Dei benignitas alio deriuabit, redditia nobis ampla tranquilius
uiuendi respiratione. Quamobrem si omnes affecti estis, ut quidem
esse debetis, ut cum Reuerendissima illius paternitate, erecto in religio-
nem animo, siue collatis ut aiunt signis, seu priuata quisque ui atque
uirtute, iuxta officium sibi commissum: In primis, contra haereti-
cos, atque prauas illorū doctrinas, uobis bellū suscipiendum esse putetis.

E iiiij Deinde

DECRETA SYNODI

Deinde si de proprijs moribus turpitudinem, si sunt infecti, tollendam, si ruptam Ecclesiae unionem resarcientiam, integramq; tutandam uobis existimabis, si deniq; omnium rerum agendarum ordinem instruendi subditos uestros rationem habendam statuendamq; , tum ex reformationis forma,tum ex prædictis Synodi decretis, firmiter, indubitateq; animum induxit, idq; alta uoce prædicaueritis, iam opportunum Reuerendissima illius paternitas iudicat, ad reliqua quæ ex usu erunt præsenti Synodo transire, eaq; q; poterit maximo cum fructu absoluere.

His auditis, hilari & lato uultu Patres responderunt, sibi nihil esse prius aut magis in uotis, quam ista omnia quæ in reformatione continentur, tum ea quæ per Synodum omnium suffragijs forent decernenda, uerbo & opere exequi, atq; si uel uitæ periculu obster, etiæ prestatore.

Postq; aut hanc Patrum ceteroruq; expectata iuxta & piam respositionem Reuerendissimus gratiole accepisset, collaudari primum per Vicarium suum, deinde gratias Patribus agi & ceteris omnibus iussit, eo quod & prompte denuntiationi paruissent, & res serias sanctas, ac salutares, non ut bona mortalium pars per ignorantiam reiacerent, sed obuius ulnis ac toto pectore in uniuersum reciperent atq; complectetur.

Adiecit etiam Suffraganeus, non sine diuina benignitate factū esse credi oportere, quod post tot præclarissimarum regionū concussions, post tantas templorum & diuinq; insignia, atq; monasteriorum ruinas, quibus ciuitatum prouinciarumq; ornamenta & decus continetur, post tot religionis miserandas strages, Treverensis Ecclesia bonorum precibus & sanctimonia, patrum cura, pastorum excubij, ueterem & ab apostolis pene traditam formam ad hæc usq; tempora inviolabiliter retinuisse. Quam rem acceptam ferre hortabatur diuinæ misericordiæ, quæ in maxima prophetarum inopia, cum unus tatum superesse uideretur, sibi septem milia uirorum cultorum reseruauerat, qui & nua ad idolum Baal non flexerant. Itaq; postq; Dei fauorem, gratiam, atq; clementiam iugiter implorandum admontuisset, atq; iam omnia quæ ad Decretorum rogationem, patrumq; suffragia colligenda pertinuerent conculisset, placuit Reuerendissimo, ut iterum a prandio conueniret, atq; a patribus Decreta de publicis criminibus relegerentur, lectaq;

lectaq; ac diligentí cura examinata, postero die ad uniuersum Synodi consensum referrentur, ac patrum attestacione recepta in Synodo, ab ilius paternitatis Suffraganeo, in Metropolitanæ Ecclesiæ choro publi carentur, & postremum huius Synodi actis insenserentur. Quod quidē iuxta Archiepiscopi nostri sententiam factum est. Hic Reverendissimus dominus attendens, quod à capite, ut eo facilius ad membra due niatur omnis emendatio uitæ sit inchoanda, se humiliter submittit reformationi, oratione ut sequitur.

Cum animo reputaret, non satis esse recte viuendi formam alijs præscribere, nisi ille ipse qui leges dictaret suūp̄s p̄arem, uel maiorem etiam rationem habuisse uideretur. Et quia omni uitio carere angelicū magis q̄ humānum arbitrabatur, & alios quoq; in alienis peccatis uel oculatores esse, uel seueriores iudices, tum nos etiam indulgentia, qua nostra extenuamus plerumq; impediri, ideo Reverendissima eius gratia, haud quaq; committendum sibi putat, nedum aliorum moribus opportuna consuluisse, ipse sibi in propriis tollendis erroribus uideretur defuisse. Quare unumquemq; qui huic celebri Synodo aliquid consilio & prudentia attulerunt, per fraternalm charitatem obsecrare statuit, imo & nunc obtestatur, ut libertate in se monendi utantur, & candidate uitium, si quod fortassis humano errore ad Archiepiscopatus fastigium ab ipsis gratia sit allatum aut maiorum consuetudine traditum, in apertum proferent, quo salutari subindicatione resecetur, aut opportuna ratione retexatur. Nam eo prorsus affectu, suam paternitatem ad publicam Synodus descendisse non dubitarent, ut nihilosegnius propriq; salutis, cuius cura maximopere ageretur, q̄ illorum q̄ nox̄s erroribus bonorum oculos perstringeret, rationem, consiliumq; esset habiturus. Ita demum fieri posse ratus, ut capite repurgato, membra facilius ad sanitatem restaurarentur. Deinde quoq; uniuersi probi exemplo præsidis excitati, seipso excuterent, & quod à Cæsarīs, imo ipsorum ueterū, roties recusis reformationibus dissidens, peregrinum atq; absconum in se quisq; deprehendisset, non expectata ulterius executionis medela, ipsam turpitudinem abominatus, aut diuino deniq; iudicio permotus, cupide repudiaret. Quamobrem si quid per incuriā aut societati, fuisse, omissum, si quid publicæ utilitatis, priuati com. modi gratia occultatum, siqd

F illicitis

ACTA ET DECRETA SYNODI

illicitis exactionibus à subditis, qui propria vita sunt illius gratiæ chartores, esset extortum, si pupilli, si duæ, & innocentes, ab Officialibus utri usq; conditio nis, per vim oppressi: postremum, si pro iustitia Tyrannis dominaretur: id quidquid esset, quod ad suam quidem paternitatem speciare uideretur, candide ut precata est à Patribus admonita eius gratia, quam posset maxime, & cito, & diligenter emendare quelle promittit: possimum cum non dubitet, se eo nomine apud Deum, cuius Vicarius est, gratiam inire, & reipublicæ suæ commodis, cum pace tranquillitateq; consulere posse.

Responsio Patrum.

Hic tam p[ro]p[ter]e petitioni, a Synodi statibus, & in primis a Reuerendis Abbatibus, deinde a Metropolitanæ Treveren[ti] Ecclesiæ, Dominis Canonicis, responsum est, nihil se reperire posse, quod Reuerendissimam gratiam suam dederet, aut in administranda publica re, tanq[ue] grava & damnosum offendere. Sed hortati omnes, ut eum quem ipse statim gubernationis cursum a portu inst. tuisset, ad ultimam usq[ue] metam indefessus teneret, spem maximam Patribus inuestigare esse, sub ranta Präsidii bonitate, omnibus beate uiuendi summi occasionem firmamq[ue] propositam esse. Collegiatæ autem & secundariae Ecclesiæ, quia gravare contributionū inæqualitate, quæ ad subsidia impositæ dudum fuerunt sentient, humiliiter supplicauerunt, ut utriusq[ue] status censu valde inæquali considerato, pro Collegiorum tenuitate atq[ue] ubertate censerentur, & Reuerendissima illius paternitas eorundum Collegiorum, ac reliqui Cleri Ecclesiasticam libertatem, ut cepisset tueri dignaretur. Hoc equidem se, quoad fieri posset curaturam, per dominum Suffraganeum illius gratia benigne promisit.

Submissio Suffraganei.

Si autem Reuerendissimus dominus Patrum de se sentientiam cognovisset, Reuerendus dominus Suffraganeus: Que, inquit, Pontificalis muneris sunt, ipsum Reuerendissimum dominum Treveren[ti], proprijs humeris subire quidem

DIOCESANA E TREVEREN. XXII.

dem & quum esset, nec dignitate inferioribus sanctum officium committere. Verum quia distrahunt nō pauca, atq; subinde recenter emergentia hinc inde Archiepiscopatus negotia, iustissima de causa ad me tanquam fidelem Suffraganeum, eiusmodi Ecclesiæ ministeria, pro sua uoluntatis iudicio traduxit. Et quoniam sancta munia, sub tribus insignibus uirtute Præsulibus continuauit, à me nunc porro administranda, ideo non sine pudore aliter agere licet, q; officij mei ratio depositit, ut ui deliciet sanctum & inculpatum in omnibus me præstem, uirtutumq; exemplar aliquod factus, cæteris Ecclesiasticis viris pietatis facem accendam. Idcirco obnixe uos Patres Reuerendos oro, ut uestro Reuerendissimum dominum nostrum indicio, benigne de omnibus, quæ officio nostro dedecori esse queant, admoneatis. Quo deinde me Paternitatis illius Reformatione correcto, prouincia mea omnibus utilis ac salutaris esse queat.

Ad hæc dum Patres uno ore responderunt, Suffraganeum sub prioribus memoria dignis præsulibus, officio liberaliter fundum fuisse, nihilq; aliud accusatione dignum reperiri, q; quod conferendis ordinibus in iure statutas insinuationes, uel prorogando, uel ante uertendo turbasset. Sed ex templo illius rei ueraces, cur ita necessitate compulsus fecisset, causas cum adduxisset, Patres in omnibus purgatum habuere.

Ac deinde statim Reuerendissimus dominus per suum Suffraganeum, Reuerendos dominos Abbates, aliosq; professione dignitateq; eximios, simili examinatione percurrentos innuit,

F ij Sequuntur

Sequuntur Edicta Synodi

DIOCESANA E TREVEREN. PRAESIDENTE
Reuerendissimo in Christo Patre, & amplissimo
Principe &c.



JOHANNES Dei gratia, Archiepiscopus Treveren-
sis, Sacri Romani Imperij, per Galliam & regnum
Arelatense, Archicancellarius, ac Princeps elector.
Vniuersis & singulis quorumcunq; Monasterioru-
Cathedralis nostre, & Collegiarum, Parochia-
liumq; Ecclesiarum, Abbatibus, Prioribus, Præpo-
sitis, Decanibus, etiam Ruralibus diuinorum Recto-
ribus, curatis & non curatis, alijsq; Ecclesiasticis p-
sonis, Ciuitatis & Dicecessis nostræ Treveren. Salutem in Domino.

CVM olim Christum in carne ambularem, & uerbum Dei semi-
nantem se ueritatem appellasse non ignoremus, certo persuadendum
nobis omnibus erit, per ipsissimam illam ueritatem, nos falli minime
posse, quem eius præsentia nos quotquot in hoc coetu sacro ad Eu-
angelizandum bona & exterminandum mala cōpererit, spiritus sui Chri-
stmate illuminatura sit. Ait namq; ubi duo uel tres in nomine meo con-
gregati sunt, in medio eorum sum. Huic ideo ueritati, tanq; sacrae anco-
ræ innixi, non modo seculo nostro, sicut turbulentissimo, sed & poste-
ritati consulere uolentes, quædam pudenda atq; foeda, neq; ullo modo
ferenda in Clero flagitia, ut est concubinatus, scortatio, & similia de q-
bus ordine in quiretur Synodico hoc Decreto, insectari, castigare de-
niq; excindere, secundum inuectas olim Canonicas sanctiones, seuere
statuimus, mādamus, atq; per præsentes decernimus. Deinde refracta-
rios atq; pertinaces, præsentes seu futuros, Canonum censuris, & refor-
mationis pena, Synodi auctoritate freti, iuxta delictorum genera, ma-
gnitudinem, atq; fecunditatem, coarcendos atq; puniendo demanda-
mus. Ita enim Legum & Canonum sequitur ueriti, admisorū pœ-
nitentia peracta, deum timere & amare, & ab iniquitate se se auerteret,
honesta uiuendi exempla esse consuescant. Cæterum quando ingluvi-

es, uninq; intemperantia, non paucos obnoxios habet atq; delectat, quo uitio cum omnes, tum Clericali ordini initiati, Deum grauiter offendunt, ideo nobis & sanctæ Synodo uisum est, huic turpitudini ante omnia, ut pote multorum malorum fonti, medelam adhibere.

De Clericorum temulentia.



Otro Ebrietas, ut palam est, insigniū flagitorum incitatrix ac scaturigo, quæ in commissationibus & conuenti culis dominatur, Ecclesiasticum gradum summa cū turpitudine passim infamauit. Quod perpendens Reuerendissimus Dominus noster, q; tetur & abominabile sit, cum in prophanis, tum in sacerdotibus uitium, quamq; periculose, rixis nimicu, cœdibus atq; vulneribus scatens, quod confessionum ac cana sœpe effutit, iudicium mentemq; peruertit, in quascunq; deniq; libidines, pecudis instar ratione priuatum, impellit atq; exagitat. Ideo huic fœditati deditos Ecclesiarum ministros, Reuerendissima illius paternitas, una cum præsenti Synodo ab officijs, curis, & Ecclesiæ munib; remouendos decernit. Quid enim in honestius, q; uno assidue madidos, eiusmodi helluones animarum curæ præcesser de quibus Propheta dicit: Vx sacerdoti & Prophetæ præ ebrietate erranti, & nunq; iudicium aspicienti, formidabilem namq; in eos statuit peccatum Euangelica tuba, nisi lohele propheta monente, fleuerint atq; ululauerint, ex in opinato diuidendi à sobrijs, ut cum Hypocritis, exitij æternæq; damnationis partem sortiatur. Quare ad sobrietatem, cum omnes rū præcipue Ecclesiæ seruos, qui luminaria mundi, & sal terræ sunt, una cum Paulo, Reuerendissima illius paternitas inhortatur, utq; temulentiam, in qua luxus est, deuident, obnixe precatur. Cæterum qui turpiter illi uitio indulgent immorigeri, ab officijs & beneficijs, ut dictum est, Ecclesiastica censura, & Synodi auctoritate primum suspendit. Deinde si etiam impudenter detestandæ consuetudini, & dictu pariter ac uisu fœdissime, ulterius inhæserint, omnibus honorum gradibus exutos, ad quadrupedum sortem, quæ natura prona, atq; uentri obedientia finxit, maioribus supplicijs affectos, statuit abiiciendos.

De eorundem Concubinatu.

F iii Huic

ACTA ET DECRETA SYNODI

Hic uero alia succedit, & pene grauior offenditio[n]is macula, illicitus sacerdotum & diaconorum concubitus; qui quantum iam inde ab initio, apud omnes fidei Catholice cultores, consecratis hominibus peperit inuidiae atque consciuerit odij, uix dici potest. Audeamus tamen ingenue fateri, nullam aliam labem, ebrietate & concubinatu vulgi oculos acerbius offendisse, maioremq[ue] causam cedisse, saeuendi ac murmurandi contra Ecclesiæ status. At etiam illud negari non potest, quod præter evidencia sacrarum literarum testimonia, præter Canonum ubiq[ue] castimoniam initiatis inculcantium Decreta, etiā ipsa ratio quodammodo loquitur, Ecclesiasticum hominem, qui diuinis legibus sese, & animarum saluti obstrinxit, castitatem sectari oportere. Quomodo enim alias, iuxta Pauli admonitionem præstare possemus, ut adhæramus domino absq[ue] ulla distractione. Cum enim corpus nostrum tempulum sit, habitantis in nobis spiritu sancti, quem habemus à Deo, & nostri negamur esse iuris, qua ratione fieri potest, ut sine Dei iniuria in alterius redigamus potestatem? Siquidem etiam maritus proprii corporis ius non habet, sed uxor. Quid igitur iuris nunc spiritum sanctum in Ecclesiæ seruis habere dicemus, qui corpus suum scorti per illecebros concubitum fecerint membrum? Hæc nimis sollicite pensulant, uisum fuit nobis, ac toti Synodo, non obstante priori contra concubinarios mandato à nobis emisso, de integro admonere, ac illos per Christum rogare, ut qui hactenus castitatis uota non violaverunt, studeant ad ultimum usque terminum uitæ incomparabile bonum ne amittant: memores quod agnum immaculatum quocumque erit, comitabuntur.

Cæterum quicumq[ue] carnis imperio, quo nihil potest huiusmodi accidere indignius, uinci se passi sunt, conspurcatisq[ue] per exosam Deo impudicitiam membris in contumeliam sacerotorum mysteriorum abuti non veretur, illis nimis ab actis eiusmodi incontinentiæ latrinis, pie consulimus, (Quoniā Deus benignus & misericors est) ut secundum huius sanctissimæ Synodi Decretū, se ad integratatem totos cōuertant, pœnitentia, culpam deprecentur, erroris sui uenia apud Deū & homines cōsequunturi,

Deploratorum pœna.

Quando

DIOECESIS ANAE TREVEREN. XXIII.



Vando tamen hæc pestis, ut uerisimile est, quosdam adeo peruersit, ac ita in totū labefecit, ut perq̄ exigua spes sit à fornicatiōis maculis, uel diur nitate temporis, uel Reueren dissimi gratia, tanq̄ mitiori medicina elui posse. In illos i- gitur primum diuinæ vindictæ metu, deinde Synodi huius cœlura, eius Paternitas decernit, ut simul atq; huiusmodi in libidinis cœ- no uoluntari depræhendentur, illico mandati contra concubinarios editi vigore, omniibus Ecclesiæ bonis spoliuntur; scorta uero, aut de impura cōsuetudine, illorū noīe suspecte, lōgissime ab irretitorū misere q; captoru x̄dib; Synodi uirtute firmaq; Reuerēdissimi auctoritate, pellatur.

De Concubinis ad parentes redire uolentibus.

Iqua uero abiectarū si res ita fert, in eadē Parochia, in qua ministro altaris adglutinata fuit, hereditariā domiū habeat, eane ob decreti uigore priuata, animū despōdeat, & ad desperationē adigatur, Reuerēdissimus noster una cū Synodi auctoritate permitut, ut ad suos parentes commigret, & de priore conuersatione peniteat, omnemq; ante actæ uitæ infamia constanti pudicitia in posterum seruata abstergat.

De relabentibus.

Rorro, si qui aut ea qua dictum est causa remanentes, aut ex- tra Parochiam relegatas, Cōcubinarū euidentibus indicis & fide dignis testimonijs clam seu palam reuulsione adiisseq; conuicti fuerint, illos cōmuni nostra, & Synodi sententia, ipso facto, ab officijs & beneficijs cecidisse, & h̄dē priuatos esse, decer nimus. Prævaricatrices uero, ut canes ad uomitu reuersas, dignis censu- ris, extra hæreditarias ædes exterminandas edicimus.

Desortilegis Sacerdotibus & Laicis.

Qui uero auguria & sortes tractant, sive sacri, sive prophani, aut divinationibus, & incantamentis vacant, quibus sane studijs Dei cultus deserit, & ad dæmonū fallaciū q; spiri tuū p̄stigias cōfugit, illos q; quot Officiales attēta inuestiga riōe dep̄hederint, Canonicō anathemate nisi à dānatis diuinitus errorib; ad legitimū Dei cultū illico admoniti aim atq; mēntē reuocauerint,

F iiiij non

ACTA ET DECRETA SYNODI

non ferendos modo Reuerendissimus una & Synodi senatus declarat,
sed per Officiales in vincula quoq; coniiciendos decernit, quousq; de-
monum magistrorum uidelicet suorū susurris ac illusionibus liberetur.

De Apostatis.



Erum ut nullum facinus turpe, sine cacodemonum insti-
tu admittitur, ita etiam religiosa professio illius inspirati-
one, in omnibus pene Provincijs, à quibusdam uotorum
sanctorū oblitis, nulla de causa, est violata. isti quidem pro
nihilo duxerūt, postq; ad Dominicum aratum manū apposuissent, nō
respicere tantum, sed & turpiter damnare, insectari, & quibus possent
conuicij proscindere omnē quam professi sunt aliquamdiu anteactæ
uitæ rationem. Cum igitur tales, qui spretis uotis, projectis cucullis, ac
religiosa in torum deserta uita, ad seculum sele retulerunt, passim etiam
in Treuerensi Dicecesi, uagari, ac libidinum noxiis ad Ecclesiæ offen-
diculum inuoluti reperiantur, Reuerendissimus dominus cum congre-
gatis Patribus, nefas esse putauit, nisi præsentis Synodi decreto, utrius-
ques sexus Apostatae, ad propria Monasteria, habita singulorum iusta ra-
tione, aggregentur.

Contra Apostatarum Patronos.



Erum enim uero nonnullam quibusdam ex illis præbuit
fortasse ad desertiōne occasionem, refugij quorundam pa-
trocinium, quo quasi recti, Ecclesiasticam se censuram eu-
itate posse considerent. Ideo Reuerendissima gratia sua,
huius Synodi suffragans adiuta, sub censuris huic negocio
idoneis, ac suo tempore specificandis, omnibus Treuerensi Dicecesi
subiectis, cuiuscumq; status & præminentia exiterint, Mandat ac p-
cipit, ne post hacten Apostatas recipere, fouere, tueri, aut animarum
cucis præficere, ullamque in Ecclesia Provinciam illis committere pre-
sumant. Quin etiam potius, ne se alienis præuaricantium sordibus coin-
quinent, illos admonitos esse de paterno affectu desiderat, ut hactenus
contra Ecclesiæ decreta defensos, ira pro uiribus ad professionum re-
petitionem, redditumq; adhortentur. Ad quem Reuerendissima eius gra-
tia

tia propensis, & auxilium, & opem, & restitutionem benignam, praesia
penitentia, misericorditer promittit.

De his, qui contra uotum solemne praestitum connubio
sele alligaturunt.



Ostremo, quia Pontificum & occidentalis Ecclesie ordinatione, iam olim diuinitus constitutum est, ut rite consecrati utriusq; sexus homines, quo corpore & animo iugiter Deo inseruirent, non tantum in suis conuenticulis castimonia colerent, sed etiam si forte de suscepis solemni ter professione, aut errore seducti, uel intemperatia incitati defecissent, neutiq; contrahendi matrimonij ius haberent: atq; adeo communii id apud omnes consuetudine receptum fuit, & Canonicis & Civilibus legibus, de uano & incestuoso talium coniugio satis superq; est proditu. Nam proli quoq; si qua sustulerunt tales, legibus successio esse interdictum tenetis. Ad tollendum igitur eiusmodi uetitum matrimonium, suo ac patrum decreto, Reuerendissimus dominus noster decernit, ac stricte mandat, ut quocumq; loco in Dice cesi sua, aut sub quacumq; Ecclesiastica uel prophana ditione Monachi, Moniales, aut alijs sacris ordinibus initiati, nuptiali foedere copulati delitescant, ab Officialibus prehensi, suis impensis, sibi uelut ordinario presententur, ut ex his prae delicti qualitate alij castigati, alij monasticis disciplinis emendati, exemplo fint posteritati, ut ab enormi scelere caueant. Porro resipiscentes, & ad Ecclesiam matrem redire ultro uolentes, quatenus ad reipublicæ Christianæ utilitatem spectare cognouerit, placabili, & propenso animo, ut oues perdisas, & filios prodigos, Reuerendissima illius gratia recipiendos pollicetur.

Ordinum explorationes.



Verunt autem examinationum capita, quæ uere euangelicos fructus producunt. Quæsumus enim est, num escent fastu turgidi quidam? num superbia inflati? aut libidinitate illecebris inescati? (qua scabie, Monastici pleriq; ad bonorum virorum nauseam usq; sunt infecti) qui Diabolis imperio magis q; Christo parerent? Deinde an temperantiam, humilitatem, patientiam, ceteraq; uititum Monasticorum arma, contra uiciorum

G impetum

ACTA ET DECRETA SYNODI

imperium, ut milites Christi decet, parata haberent? & an ut alij idem co-
narentur sedulo prædicarent? Et si quid forte turbulentum, odiosum-
ve inter confratres subortum, num etiam ut sopiretur, tanq; pacis boni
amatores, collaborassent? Ad hæc (quippe monastici uiri) an præci-
puam nauarent operam, ne cultu tantum foris, atq; composito ad pietate-
m corpore, id quod maior pars satis esse ad pietatem iudicat, sed intus
in pectore virtutum thesaurum, & religionis ueram imaginem circu-
ferrēt? Deinde an horis decantandis, orationibus funden dis, atq; ieiuniis,
stato tempore strenue uacaret? Num hospitales esset? num pere-
grinorum, pauperum & pupillorum curam subireat, proprijs, hone-
ritisq; ad hoc comparatis edificijs, tum cōpetenti suppliectile adiecta?
Quod inter extrema quidem monastice uitæ opera, minime ponitur.
Quonia in hoc tot tanq; ampli redditus sunt piorum hominum libera-
liter congesti. An postremo ea omnia qua sanctimoniam commendar-
rent, grauiter singuli suis fungendo, probe, tanq; coram Deo officijs p-
seuerentur? nam ea est Dei uoluntas.

Ad hūc aut̄ modū monastici ordinis patres compellati sunt, quo qd̄
religiōis disciplina, uerasq; Dei cultus exigeret, in memoria plixus re-
tūcare, & manū iuxta Synodi presentis Decretū, operi adhibere possent.

Tandem nequid præteriretur, quod ad celebris Synodi absolutā ra-
tionem pertineret, gratia Reuerendissimi, Metropolitanæ Treverensis
Ecclesie, cæterorūq; Collegiorū, cum superioris tum inferioris Dicece-
sis egregios, nobilesq; Præpositos, Decanos, Archidiaconos, aliosque
Prælatos, qrum omnium cura & exēplis, publica salus continetur, beni-
gniter atq; gratiōe rogauit, ut & ipsi q lucernæ essent in domo Dei, ita
sele cōpararent, ut uirtutū ueros & eternos radios subditorū oculis in-
ferre possent: nam dubium nulli esse, si quorum id maxime interesset,
tum ob generis splēdorem, tum propter Ecclesiasticam dignitatis emi-
nentiam, sele tales præstarent, quales haberi & esse cuperent, fore, ut in-
feriores hominū ordines, bonorum exemplis cōmoniti, ad uirtutis pie-
tatisq; studium ardenteribus animis raperentur. Quare ante omnia bo-
nis operibus, beneficentia, sobrietate, modestia in sermone, conuersati-
one atq; mutua charitate, diuites atq; locupletes fieri studeant, bonaq;
studia promoueant. Ex nimis um diuītia, immortalitatis gloriā meren-
tur,

tur, quando cæteræ quidè res omnes, occupatiōes atq; studia, nihil quicq; solidæ beatitudinis merētur. Sed hæc Reuerēdissima illius gratia ad mo-
rū qualēcūq; institutionē satis esse putavit. Quod vero ad grauiora in-
cōmoda euellēda, maximopere regris, illud ordine q; legē p̄ficiū fuit.

In primis Reuerēdissimus dominus noster à singulis certiorē se fie-
ri postulauit, de hæreticis uspiā in tota sua Dice celi palam, aut abstruse
uersantibus, uel in Monasterijs siue Collegijs, aut agrorū uicis deliteſe-
tibus. Deinde audire quoq; à singulis indicio factio postulat, si usq; inue-
niuntur, qui Catholicam religionem, eiusq; sacros ritus oppugnant. Tū
eadem obediendi religione, Paternitati suæ Pastores insigniter illitera-
tos nominatim patefaciant, & illos qui Ecclesiæ doctrinam adulterat,
aut Sacra menta perperam administrant, aut uitam pecuinam bonis o-
diosam ducant, manifestent: suppressis minime Prælatorum cuiuscūq;
ordinis nominibus, qui aliqua huiusmodi nota fuerint conspersi.

In summa, quia Ecclesiam Dei grauem maculā rugamq; habere non
oportet, quā Episcopi uigilantia tollere posset: ideo usurarios, Simoni-
acos, Aleatores, percussores, uinolentos, iniuriatores, ac contumeliosos,
calumniatores, ad hæc Ecclesiis census denegantes, aut ædituum perni-
ciosum agentes, calamitatē regentium flaccipendentes, quive pere-
grinos de Monasteriorum Xenodochiorumq; limine arcent, aut q;quo
modo Ecclesiasticā libertatē corrodunt & opprimunt, necnon alia cu-
iusq; sint classis dedecora admittunt, eos oēs Reuerēdissimus sibi indicari
noīariq; petit: q; cuiusq; defectui idoneo auxilio posthac mederi posse.

Archipresbyteri vero, q; & Decani Rurales appellant, quū ad Syno-
di cōfessum admissi sunt, etiā & compastorū, & sui ipsorum officij, rationē
reddere Reuerēdissimo dho nostro iubētur: quandoquidē ad eos perti-
net, publica subditorū delicta corrige, animarū curę cōsolere, oēs pu-
ra uerbi Dei doctrina pascere, miseros atq; calamitosos cōsolando suste-
nare, Ecclesię in oibis bene pesse, deniq; ipsos sana uiuēdi exēpla, uerbo
& ope exhibere: qd q; faciūt, eos duplici honore dignos Apostolus iudi-
cat. Nā turpissimū Ethnicus esse célet cōmittere, qd doces alios nō esse
cōmitentū. De q; sigif, tū etiā de alijs sacerdote dignis curis, respōdere
suz Reuerēdissime gratiē debēt, q; cognoscat illorū in administrādis offi-
cijs integritatē. Eo sane noīe bonis ac lubēter parituris, gratiā & laudē

G n referri,

ACTA ET DECRETA SYNODI

referri, malis uero & reprobis, cuiuscumque conditionis fuerint, ignominia
& poena, post hac Ecclesiasticæ censuræ uigore, affici imperabit.

Porro cum iustitia censuræ uigore, affici imperabit.

Autem uniuersis ordinibus, eo quod ppositum est modo, ad rogationes Juris, Reuerend. dñs Treueren, ipse presedit, ac coram duobus Notariis responso a accipientibus, oim & singulorum questiones, accusatioes, examinationes & dubia, magna diligentia & labore multo auscultauit atque inquisuit, nihilque preter eundem putauit, quod ad subditorum obedientiam, communem nitorem emendationem, & Dei honorem, ac Ecclesiastum usus spectare censeret. Itaque triduo molestissima oino iniquitate iam absumpto, atque paribus certisq[ue] statibus, quod ex ordine fuerat exploratis, cum omnes & singuli omnia sancta, pia, honesta, ac laudabilia promitterent, atque ad communem patriæ tranquillitatem, quam Dei & eius filii Iesu Christi, puro cultu, & uiuendi integritate facile paratur, concordibus uotis cospirassent, sequuntur una iam uoce Cæsa regis Majestatis reformatioi submisissent. Tandem ad Reuerend. dominum tanquam ad unicū publicæ felicitatis patronū, omnes ora uultusq[ue] uerterunt. Precabatur autem ut opere ferret, dāna tamen porum perturbationibus incussa, & Ecclesiastica privilegia, partim per vim potentiorum misere uexata, partim defensionis inopera etiam erupta, resarciat, atque in integrum sua amplitudine restituat. Etenim proditum esse sacris literis, neque id Reuerendissimam gratiam eius ignorare, neminem suis militare facultatibus, & pceptum esse, ut quod seruicet altari, etiam de altari uiueret: quod quidem gaugustum factum foret, si Ecclesiæ libertas, si prouentum integritas conserueretur in columnis. Postremo & illud patres orabant, ut illius Reuerendissima prudenter, pscipuam curam expenderet, ut officiarios passim praeficeret Orthodoxæ fidei tenaces: nam illis uiciatis, apostatarum perniciose dogmata, illorum dissimulatio gliscere. Postquam haec patres, & pie & sincero animo locuti essent, Reuerendissima eius gratia prout debuit, omnium in Religionem affectus unice coprobauit. Deinde petitiones, quantum poterat licet, ac diuina gratia aspiraret, sibi in primis & semper curæ futuras promisit: neque dubitarer, quin reipublicæ suæ felicitati, cuius salutem diuinitus commendatam sibi esse sciret, ita prospiceret, ut omnia illi aduersantia impedimenta, incommoda, atque offendicula, prout Notariorum summa cura & fide, accedente omni concessione, excepta essent, sequoribus executioni telis, à Reuerendissima sua gratia confossa, excisa, penitusque sublata, aliquem cognosceret.

Manda-

Mandatum contra Con/ CUBINARIOS.



OANNES Dei gratia, sanctæ Treveren. Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij, per Galliæ & regnum Arelaten. Archicancellarius, ac Princeps Elector. Uniuersis & singulis Cathedralis nostræ, & Collegiarum, Parochialiumq; Ecclesiarum, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanibus, tum Ruralibus, tum diuinorum Rectoribus, curatis & non curatis, alijsq; Ecclesiasticis psonis, Cittatis & Dicecessis nostræ Treveren. qbuscumq; cōiunctim aut sigillatim, qui Synodo nostræ Episcopali, de Iure aut consuetudine interesse consueuerunt & tenentur, Salutem in Dho sempiternam.

Persussum habemus, exactis iā aliquā diebus omniū oculis reformatæ uitæ formā, Ecclesiasticis viris, à Cæsarea Maiestate cōmendatam, atq; à nobis publicatam, penitus pfectam esse. Necq; quemquā e uobis existere arbitramur, quē ista tā salutaria, nō eluendis tantū Ecclesiæ neuis, sed atrocibus etiā atq; pnciosis in religione contagionū ulceribus repurgādis, pharmaca diutius latere possint. Et quū nō pauca, neq; ea-dē contēmnda, animorū uitia, atq; morū pestes, in Ecclesiastico corpore grassari cernantur, quę pperam, atq; citā sanationē deposcūt. Idcirco auxiliatricem manū diutius differre nō licet, sed qd lēdir, Canonico ense excindendū est, ne pars syncera trahatur. Quare cū animū aduertimus, & causam querimus, cur pleriq; Ecclesiæ ministri, & uerbi Dei dispensatores, ceteriq; de altari uiuētes, hac nostratē pestate, nō modo cōtemnātur à plebe, uerū etiam in odio iā diu antefuerint, nullā aliā cuiডtiorē rationē reperiē potuimus, quā uitā eorundē, à connubiali indulgence nihil distantiē. Quę sane culpa, ut in primis diuinarū rerū tractationi plurimū officit, ita etiam Ecclesiæ Dei, illiusq; seruis cōtemptū odiumq; haud mediocre parit. Quod quidē uitii, ubi cognouimus in nostra Diœcesi passim temporū licentia, Officialiumq; incuria, ut zizaniā agrorum neglectū succreuisse, falce sacrorū Canonū, constitutionemq; uete

G ij rum

ACTA ET DECRETA SYNODI.

rum Patrum; cum ipsius quoq; Cæsaris Reformationem, ac Synodi nostræq; auctoritatis censuram, ne posthac amplius crescat, adhibendā esse censu mus: atq; illud quidē hoc eodem mandato factum esse uolu mus, quanq; deinceps s̄a pius facturi sumus: præterim cum intelligamus, nihil ē que dedecere hominem diuinis rebus militantem, q; ea que carnis sunt sectari. Quare etiam nunc uobis edicimus, quotq; hanc tum Ecclesiæ, tum uobis ipfis ignominiosam notam contraxistis, quicdem sacris iniciati estis, Mandamus, atq; præcipimus, nullo Ecclesiastici ordinis gradu aut statu excepto, ut infra nouem dies, uos ab omni concubinatu,imo concubitus atq; incontinentiæ suspitione omnino abdicens, procul de domibus ac parochijs uestris eiusmodi offendiculi saxa, uis his præsentibus literis, exterminantes. Nec posthac unq; deprehēdamini, cum suspectis, aut parum continentibus, aut se tate petulcis commercium habere. Erunt autem ñ nouem dies, in singulz Triades peremptoria, atq; Canonica admonitione uobis indulti: quo sit mouendi extrudendiq; spatium. Quod si quispiam uestrum, uel quicumq; illi sint, interea loci à se non segregauerint probrosam consecratis eiusmo di consuetudinem, sed pertinaciter, tanquā ad sacrum pergant adherescere, illi se sciant ab officio pariser & beneficio, secundum dictæ Reformationis tenorem, suspensionis sententia, quā hisce in literis in illos ferimus submouendos: fecimiz autem huiusmodi concubitus infamia cōspurcatz, nisi domibus cesserint, & consueta suspectaq; libidinum diuersoria fugerint, sed depræhensæ fuerint, iisdem in locis, ubi incontinentia ludum exercuerūt, à Collegiorum, locorumq; illorum Decanis auctoritate nostra excommunicentur, ac publice pronuncientur. Ad hęc iisdem Prælatis ac Decanis s̄a uere etiam mandamus, ut ad proxime a nobis indictam Synodum, rebelles, peruvicacesq; ac nostro huic mādato morem gerere ultra nouem dies procrastinantes, nobis nominatim proferant: quo possimus, iuxta Canonicas sanctiones, aut beneficiorū priuatione, aut alio genere poenæ, aut iuxta Reformationis Imperialis regulam, ad integrarem, Deo uulgoq; minus odiosam uitam, obstitutos adigere, ut nimirum offensionum causæ, a domo Dei, quam longissime facessant. In fideli præmissorum presentes literas sigilli nostri impreßione communici iussimus. Datum ex Oppido nostro Vuitlich,
die

Die xxx, mensis Octobris, Anno M. D. XLVIII.

Executionis commissio.

Verum quia consultationum edictorumq; finem, executio-
ne, qua tanq; falce flagitorum atq; incommod orū no-
xia leges amputatur, metimur: Ideo Reuerendissima eius
gratia, hac Synodo fœliciter completa, quod ad reipubli-
cæ usum, & religionis celerem restorationem plurimum
ualet, maturare animū indaxit: q; igitur illius successus ad opus statim
accōmodatus, boni euentus specimen, sanctiorisq; imaginem uitę præ-
beret, postulauit idoneos iuxta & graues, de illorum qui conuenerant
numero viros Commissarios sibi dati, qui religiōis offendicula, pacisq;
impedimenta, & alias dissencionū acerbitates, iuxta Decreta ac Syno-
di placita, vigili atq; stricta cura omniū nomine psequantur. Hanc Reue-
rendissimi postulationem, tū aliarū rerū corrigendarū cōmissionem, Re-
uerendi Patres, ne plus ope sumendū esset, & tā redeundi ad suos expe-
ctionem diutius fallerent, ad amplitudinis eius arbitrium atque pru-
dentialm, cum humili submissione transtulerunt.

De libertatis Ecclesiasticæ violatoribus,

Et cū sint, q; potentia frēti, Ecclesiæ lura inuadunt, aut ipsi-
us Cleri Privilégia perturbant bonaq; cōficta & falsa iu-
ris specie occupant, q;rum nepharia studia, oppressorū im-
potentia & formidine, una cum nominibus reticentur: ut
hanc ergo tam sacrilegam violentiam, q; hoc genus luporum gravissatur,
Reuerendissimi Principis gratia acerba animaduersione reprimat, sin-
gularem cōmissariū ad istiusmodi hominū inq̄itionem decernet: cui si-
ne metu inter uisitandū opprimentiū nomina designabūtur, atque ita
demū a sua amplitudine cogniti, Ecclesiæ censuris, Canonico & Cæsaris
Decreto dāmnavi atque puniti, a sacrilego aucupio repulsi cōquiescāt.

Præterea, q;ñ Cæsareæ Maiestatis Reformatio, liberā in Ecclesiasticos
excessus, accusationem Laicis, & uicissim in illorū crimina in Synodali
cōcessu Clero pmittit: Ideo illius Reuerendissime gratię uisum ē, qd ad cū
articulum attinet, in sequenti Synodo Prouinciali, una cum patribus, pro-
rei exigentia tractare: ubi etiam tum de Sacramentorum constam-

G iiiij ti ad-

ACTA ET DECRETA SYNODI

tū administratione, deq; similibus Ecclesiæ utilitatibus, iuxta Cæsareæ Reformationis præscriptum, si non maiori, saltem pari diligentia, per Dei adiutorium habebitur ratio.

Rebus igitur ad hunc modum, spiritu Dei duce, p decem dies gestis & p tractatis, Synodi patres, una cū Reuerendissimo dño Treuerensi, ob seruata grauibus uiris digna modestia, à templo Matri uirginis sacro, ad maioris Ecclesiæ chorū ordine pcesserūt, ibi cœ actis p Suffraganeū omnibus gratijs, Synodū Prouinciale, ad diē Lunæ, post Dominicā Misericordias Domini proxime uenturum, Reuerendissimo iubente, Suffraganeus indixit.

Recitatum quoq; est, eodē loco & clara uoce, postq; a Patribus esset receptum Synodi Decretum, in calce hic adiectum: quo audito, sacra Synodus est soluta.

DECRETVM.

Quandoquidē honorabiles uiri Patres, & fratres dilectissimi, non ignoratis, qbus de causis p alijs dies, hic ad uos cōtinue descēderit Reuerendissimus Treuerensis dominus, & q studio, quantaq; pietate in hac celeberrima Synodo, uobiscū spiritu sc̄to cooperāte, de rebus ad animarū salutē, & cōmunem pacē necessarijs, sedulo tractarit. Itaq; & uero consilio, atq; oīm qui hactenus interfuerunt fauore, iam sua Reuerendissima gratia, eo deductā esse exhaustorum in hoc cōfessu laborum rationē putat, ut nihil dubitari possit, quin ad restaurāda Religiōis moenia, ad syncerū Dei cultū erigēdū, ad effugāda obscena hæresum mōstra, pulcherrima, firmaq; fundamenta iacta sint. Quæ qdem multo fœlicius pxime indicta Synodo pſcientur, & ad emendationē Treuerensis Diceceſis pduentur: qd fieri, si pro se quisq; huius sanctæ Synodi decreta, & Cæsareæ Maiestatis edicta, opere & uita præstiterit. Id em̄ Reuerendissimus Treuerensis dominus Archiepiscopus, hicq; sanctus Patrum senatus, cōmuni auctoritate omnibus faciendum, iuxta præsentis Decreti uigorem, & p̄enarum in edito expressarum censuram, statuit. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Actum in publico Synodi Concilio Treueri. Anno Domini. M. D. XLVIII. Mense & die ut supra.

Decreta sive Statuta Pro VINCIALIA CONCILII TREVE- rensis, Theodorico Archiepiscopo præsidente, cele- brati Anno Domini M.CC.XXXVIII.



NNO Domini M.CC.XXXVIII. Infesto beati Matthæi Apostoli, in Ciuitate Treueren. in Ecclesia beati Petri, celebratum est Concilium, residentibus Domino Theodorico, Treuerorum Archiepiscopo, & Reuerendis in Christo Patribus, Ioanne Meteh. Rogero Tullen. & Rodolpho Verduneñ. Episcopis. & hæc sunt ipsius Concilij constituta: Quum crescente peruersorum hominum malitia, aduersus spirituales nequitas Sanctorū Patrum Canoness, ad reprimendas quorundam insolentias non sufficiunt, nouis morbis noua medicamina praeparamus. Necessitate itaq; rerum compulsi, præcipimus, religiosorum locorum incendiarios, & eorum receptratores, singulis diebus Dominicis excommunicatos nunciari, per omnes Conuentuales, & Parochiales Ecclesiæ, & Monasteria, tam monachorum q; monialium. Cum autem ipsi incendiarij absolvi non possunt post publicationem, nisi à Papa, nos expensis & laboribus parere uolentes, statuimus, ut ante denunciationem hoc ipsis intimetur, uidelicet, quod nisi satisfecerint, ad Papam eos oporteat laborare: ut sic territi, ad satisfactionem facilius inducantur.

Idem de violatoribus, fractioribus Ecclesiarum uel Monasteriorū statuimus, & firmiter præcipimus, quatenus si quis ad locum aliquem, prædam locorū Ecclesiasticarū, uel personarum earum duxerit, per totas tam illam Parochiam cesseretur à Diuinis: dum ibi est præda, uel ipse prædo, & prædæ empator. Si autem in ipsa Parochia Conventus fuerit, ianuis clausis, & exclusis ipsis Parochiæ Parochianis, ibi Diuina concelebrentur submissa uoce, ita quod foris audiri non possint. Si q; autem

H Parro

ACTA ET DECRETA SYNODI

Parochianorum decesserit, sepius in atrio sine officio Missæ, & cū
sola tantum commendatione: exceptis prædone, emptore, receptore,
& factoribus eorundem: uel si consumpta fuerit ibi præda, sententiae
predictæ seruentur, si de premissis constiterit, per evidentiam facti, uel
sacramentum spoliati si honesta sit persona. Si quid autem circa hæc
questionis emerserit, iudicio nostro relinquatur. Sacerdotes locoru, q-
bus de predictis constiterit, statim sententias prædictas obseruent, &
faciant obseruari. Adiaceimus, ut si raptor rerum sacrarū, uel personarū
Ecclesiārum admonitus, non satisfecerit, excōmunicetur; & si do-
minus habet superiorē, ille moneatur, ut raptorem ad satisfaciendū
compellat, infra mensēm à tempore monitionis sibi factæ. Quod si fa-
cere neglexerit, ex tunc terra ipsius ecclesiastico supponatur interdictio:
prius tamen interdicta terra raptoris, si quam habet. Quod dicimus
de raptore, extendi uoluntus ad eū qui procurat, ut fiat rapina: si ra-
ptor excommunicatus fuerit, uel terra eius interdicta, ab Ordinario
unius Diœcesis, aliarum Diœcesium ordinarij, qui super hæc requisiti
fuerint. & in suis Diœcesibus eundē raptorem excommunicatum de-
nuncient, & uitari faciant, terram si quam ibidem habet, nihilominus
supponentes Ecclesiastico interdictio. Item dominus de captiuatorib-
us & detentoribus Clericorum: Si locus fuerit interdictus, propter ex-
damus cessum domini eiusdem loci, homines non admittantur ad Diuinā, in
locis tam uiciniis: quod exinde rumpi possit neruus ecclesiastice discipli-
næ: & si tales scienter admiserit Conuentus, quot diebus in hoc pecca-
uerit, tot septimanis celebrent ianuis clausis, sine pulsatione campana-
rum, voce submissa, & alijs exclusis: grauiori animaduertione punen-
dus, si & istud neglexerit obseruare. Si uero Pastor uel Vicarius, per-
sonas loci interdicti scienter admiserit, suspendatur. Simili poena inuol-
ui uolumus excommunicatum quemcunq; admittentes, scientes, ad Di-
uinā. It: in statuimus, q; captiuitates Clericorum, adiutores, & defen-
sores eorum, excommunicati in continenti nuncientur. Si autem à die
denunciationis, captiuum cum satisfactione infra triduum non restitu-
erint, terra ipsorum supponatur interdictio. Si uero a tempore inter-
dicti, infra mensēm non resipuerint, principales eorum domini, qui
potestatem habent eos coercendi, moneantur ab Ordinarij suis, ut
captiuu-

PROVINCIALIS TREVEREN. XXX

Captiuatores, & detentores, ad eorum restitutionem indecent, & compellant in continenti. Alioquin ipsi domini excommunicentur: & si excommunicatiois sententia non proficit contra eos, iplotū terræ interdicto supponantur.

Si quis Laicus Ecclesiastice personæ minas intulerit, de corpore proprio, & admonitus a iudice Ordinario eam assecurare noluerit, nec de ipsa recipere rationem, per excommunicationis interdicti sententias, ad assecrationem eius, & rationem de ipsa recipiendam compellatur.

Item statuimus, quod si Clericus celebraverit in loco interdicto, uel ipse interdictus, uel excommunicatus Diuina celebrare præsumperit, & admonitus a Prelato suo non destiterit: per Episcopum loci capiatur, arcte custodiæ & pœnitentiae depurandus. Idem fiet de qualibet persona religiosa taliter celebrante, & in sua pertinacia persistente.

Omnem negotiationem Clericis inhibemus beneficiatis, uel in sacris ordinibus constitutis, Sacerdotum uestis supra m a, talaris sit & clausa. Et quando ad Diuina accedunt, prius camisia induantur.

Quando ad infirmos uadunt cum Eucharistia, similiter camisiam habeant, uel super pellicium, uel uestem choralem, uel cappam choralem: & si necessæ fuerit, cooperiant se cappa pluviali, non mannicata tamen ipsam tamen deponant, cum uenient ad domum infirmi. Argenteas fibulas, & deargentatas corrigias sacerdotibus inhibemus: nullam cordam, uel nodum in tunica uel supertunicali habeant, non solum in lapa. Clerici tam honeste se gerant in tonsura & corona, ne propter hoc ipsos sequeritate debita puniamus. Et clericus qui non obseruauerit statuta, circa tonsuram & habitum, in causis minime audiatur.

Tabernas omnino Clericis inhibemus, nisi in peregrinatione, uel necessitatis causa id fiat. In simplicibus tunicis, uel supertunicalibus sacerdotes non compareant in Ecclesiis, iudicijs, & plateis. Campanarij sine camisia superiori in Ecclesia non seruant, uel alias in Diuinis.

ACTA SIVE DECRETA SYNODI

Circa Clericos, postmodum habentes manifestam cohabitationem cum mulieribus, statuimus, quod non admittantur ad ordinationē Ecclesiae: nec ualeat electio de ipsis, uel ab ipsis celebrata. Quicumq; Clericus manifeste coabitans, suum executus fuerit officium, ad Curiam transmittatur cum literis ordinarij sui, rei seriem continentibus. Salua tamen potestate ordinarij si quam habet in hoc casu.

Ecclesiae Pastorales Pastor uel Vicarius, habens redditus octo marcarum, scholarem secum habeat sibi seruientem in Diuinis.

Clerici ludos alearum, uel deteriorum, & globorum deuitent, & ad hoc per frustrationem beneficij compellantur. Sacerdotes cappas non habeant manicas. Nullus Presbyter sine caligis siue estivalibus celebrare presumat: cum statutum sit, ut Clerici, ministri, baliui, aut iusticiarij laicorum, auxilium ab Ecclesia, si capti fuerint, non habeant: adiunctionis, fa mus, quod si post admonitionem Canonicanam non cessauerint, ecclesiasticis beneficij spoliantur.

Presbyteri siue aliae Ecclesiastice personæ, quæ mandatum aut excommunicationem alicuius sententia à suis receperint Prælatis, negligentes inuenti fuerint in ipsisdem exequendis, illi pro quo mandatum recuperunt, teneantur ad interesse secundum boni uiri estimationem, coram suo iudice faciendam. Si uero pro obseruatione mandatorum ipsorum damnum passi fuerint, non relaxetur sententia, anteq; ei de damno dato satisfiat. Etsi prius relaxata fuerit, nihilominus ei satisfiat de danno. Si Clericus sententiam obseruans propter damnum sibi propter hoc illatum, sustentationem non habeat, ab ordinario ei prouideatur: nec relaxetur sententia, anteq; expensæ refundantur, quæ in prouisione Clericis sunt impensæ.

Suspensi uel excommunicati Clerici celebrantes, à domino Pastore tantum absoluantur: cum ex eo quod talium hactenus facilis fuerit absolutio, disciplina sit Ecclesiastica uilipensa.

Cum alias institutum sit, ut Vicarij competens portio debeat assurgari, adiunctionis, ut si idem Vicarij minorem acceptauerint portionem, nihilominus actionem habeant ad petendum competentem: cum hoc inductum sit non in favorem personæ, sed in favorem totius ordinis Clericalis.

Sicut

Sicut s̄epe pr̄cepimus, sic & iterum pr̄cipientes innovamus, ut corpus Domini, oleum sanctū, oleum infirmorum, & fons sacri baptisma tis sub diligenti s̄int custodia & clausura. Et cum sacra Eucharistia non eant ad infirmum sine lumine & campana.

Item pr̄cepimus, ut corpus Dei infra quindenam non seruetur, sed in fine quindenæ, si tam diu seruatum fuerit, sumatur à sacerdote in Missa ante ablutionem.

Cum secundum Apostolum, Qui non laborat, manducare nō debeat, Pr̄latiſ ecclesiarum Conuentualium firmiter iniungimus, ut per frustrationem beneficij compellant subditos suos ad frequentationē chori, & residentiam ad quam tenentur.

In Parochialibus Ecclesijs, pulsentur & cantentur horæ Canonice, & de uillis circa iacentibus, & Capellis attinentibus, compellantur homines Dominicis diebus & solemnib⁹, ad Missam uenire ad matricē Ecclesiam, ne honor matricis Ecclesiae depereat per capellas: nisi forte remota sit Capella, & ei prouisum sit in beneficio, ut in eo ualeat, & soleat, & debeat ministrare sacerdos.

Vt hæreticæ pestilentiae, quæ radices iam mittunt in Prouincia Treveren, sollicitudine debita occurramus, omnibus Archidiaconis, Pastoribus, & Vicarijs, nec non & alijs tam Clericis q̄ Laicis nostræ Iurisdictioni subiectis, in uirtute sanctæ obediētię pr̄cepimus, ut ubiqz inueniantur Doctores huius sceleris * illis auditores, ipſos ad Episcopi perducant audientiam, ne oues diuinæ pascuæ suis superstitionibus inficiant & corrumpant; & singulis Dominicis diebus & festiuis, excōmuni cētur hæretici, auditores, receptores, factores, & illi q̄ eos nō accusant, * fauto

Decimæ nōn in domibus, sicut haec tenus fieri consuevit, sed in a- res,
gris, uineis, pratis, & locis alijs, ex quibus proueniunt persoluantur, nul lis deductis expensis, circa rem huius decimanam.

Consuetudinem illam, secundum quam non decima, sed undecima uel duo decima pars soluitur pro decima in annona, uel rebus alijs decimandis, quanticum q̄s sit temporis, improbamus. De causis matrimonialibus, nullus Pastor, Vicarius, uel Decanus cognoscere pr̄sumat.

Usurarij manifeti uel conuicti, post huius statuti publicationem, penis coercentur, quæ a iure infliguntur eisdem: ut uidelicet non admit-

ACTA ET DECRETA SYNODI

tantur ad cōmunionē altaris, & ad Christianā sepulturā, nec eorū oblationes recipiant, dū fuerint in hoc p̄ctō. Vlurarios aut̄ censemus sub p̄gnore mutuāt es, & ultra sortē. p̄ceptā in sortē minime computantes.

alias percepta Cū adulter & adulteræ, & alia enormia cōmittentes, p̄cēna pecunia-
ria p̄soluta, minus timeāt recidiuare, statuimus, ut de cetero cōnicti uel
cōfessi publicā agāt p̄cēnitentiā. Mulieres infra Parochiā portātes cy-
phū in scapula, & baculū in manu, in habitu & cibo per oīa tales, quales
esse cōsūcerunt, peragere carenas. Viri aut̄ infra Parochiā, uel extra,
p̄cēnitentiā peragant modo p̄scripto. Et hēc fieri p̄curent Episcopi,
uel eorū Officiales, si ea Archidiaconus, uel eorum subditi neglexerint
proc̄rare.

Cum excōmunicationis sententiā plures uilipendāt statuimus, qđ si
excōmunicatus in sua pertinacia sex hebdomadis persistat, statim rece-
pto mādato, excōmunicantis ordinarij p̄ literas ipsius, quas ad proba-
tionē faciendā sufficere volumus in hoc casu, excōmunicatus p̄ superiorē
suū, ad unitatē Ecclesiā cōpellatur redire. Alioquin idē superior post
admonitionē, excommunicationis sententia percellatur.

coniuersatioēs Cum cōministiones quae sūnt per inspectionem unguis, aut gla-
dij, uel alio quoq; modo, penitus sūnt reprobatae, statuimus, ut si Cleri-
cus in talibus deliquisse inueniatur, suspendatur: manens in ea suspensi-
one, usq; ad satisfactionē cōdignā, si uero Laicus fuerit, excōmunicetur.

quidā Cum nouo avaritiæ genere in nostris quondam Dīcecessibus labo-
rantes, indebitas fabricari faciāt monetas, presbyteris eorundē loco: u
niversis p̄cipimus, quatenus q̄ cito perceperint, ibi statim cessent à
diuinis, nec ipsa aliquatenus resumantur, ante q̄ de tali iniuria ad manda-
tum Ecclesiā fuerit satisfactum.

Item p̄cipimus singulis dominicis diebus & festiuis, denunciari ex
communicatos, facientes falsam monetam, uel mandantes, uel procu-
rantes ut fiat. Item utentes scienter indebita uel falsa moneta. Annum
gratiae, propter multas eius abusiones reuocamus. Volumus ta-
men, ut bonæ consuetudines ante ipsum, in p̄ebendis Cle-
ricorum decedentium, in suo uigore ualeant
& persistant.

alias utentiū forte mancat

Statuta

Statuta Prouincialia Con-

CILII TREVERENSIS, BALDVINO AR-
chiepiscopo præsidente, celebrati
Anno Domini M.CCC.X.



N DEI nomine Amen. Ista sunt statuta salubria
Prouincialis Concilij Treverenij edita solemniter,
per Reuerendum in Christo patrem & dominū,
Dominum Balduinum, Dei gratia sancte Treve-
renj Ecclesie Archiepiscopum, Sacri Romani Im-
perij per Galliam & regnum Arelaten. Archican-
cellarium, & publicata in Ecclesia sancti Petri Tre-
verenj, Anno Domini, Millesimo tricentesimo de-
cimo, xxviiij. Die mensis Aprilis, ratificata & approbata, concorditer
per ipsum Prouinciale Concilium: inter quæ q̄plures instructiones Ca-
nonicæ, ad laudem Dei, & necessariam ac utilem eruditiohem persona-
rum Ecclesiasticarum & secularium Treverenj. Giuitatis, Diœcesis &
Prouinciae continentur.

De iustitia seruanda.

Caput I.



Nam quidem esse omnium perfectissimam uitutem ar-
bitrandum est hominibus, iustitiam scilicet, quæ suū ho-
minibus distribuit, conatus illicitos deprimens, & erra-
ta condemnans, quæ alijs augerat uitutibus, & perficit
uituosos: eo q̄ iustitiam colere summum noscitur esse
bonum. Quod & licet uniuersis incumbat, specialius
tamen in Pontificali culmine constitutis, qui iuris executores existunt,
& ad exercitium tenentur iustitiae, eo quod reintegranda sunt omnia
ordinatione Pontificum, quæcumq; secundum uarietatem temporum,
per quorumcunq; violentias, oppressiones & fraudes ab eccl: sjs subtra-
bantur, Ecclesiasticisq; personis ablata sunt. Ad hoc enim Deus præor

H iiiij dina

ACTA ET DECRETA SYNODI

dinavit Episcopos, ut iniustitias remoueant, præsumptiones abscondat, & Domino in suis seruientibus opem ferant. Quod maxime fieri conuenit, cum illi grauiter opprimuntur, de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos, per quos presbyteri, & i[n] quisunt in sorte domini assumpti, non absq[ue] mysterio nuncupantur. Porro quantis oppressionibus, violentijs, iniurijs, blasphemijis, & iacturis, his diebus per exquisitas hostis antiqui uersutias afficiantur, crucientur, laedantur & opprimantur, contra iustitiam, in nostra Provincia Treveren, personæ eccl[esiast]icæ & presbyteri, illi potissimum, qui feruentiores in seruitio salvatoris existunt, nullus est qui h[ab]eat; ob quam rem, licet eos humiliari oporteat sub potenti manu Dei, ut in tribulationis tempore liberentur, ex iniuncto tamen nobis Pastorali officio huiusmodi insolentijs tenemur obseruare, ac pro defensione iustitiae, eos muro inexpugnabilis constitutionum utilium circumcingere, ut resisti valeat ascendentibus ex aduerso. Cum itaq[ue] considerata locorum, hominum & temporum conditione, introducantur causæ, scripturarumq[ue] remedia, iura & rationes, q[uia] in Apocalypsi competenter describitur, dum Iohannes septem scriptis Ecclesiis, in unaquaq[ue] earum specialia uitia deprehendens. Quin etiam secundum Apostolum evidentius declaratur, dum per singulas singulariter Ecclesiias, diuersis remedijis medetur illatis vulneribus, ne per exhibitionem unius solius collirij, ad instar imperiti medici, per eum omnium oculi curarentur.

De incendiarijs Ecclesiarum. Caput II.

PRO commun[i] igitur omnium subditorum nostrorum utilitate, prouida deliberatione statuimus atq[ue] præcipimus, Incendiarios Ecclesiarum, & locorum Religiosorum, ac eorum receptatores scienter, singulis diebus Dominicis excommunicatos denunciari, per omnes Conuentuales & Parochiales Ecclesias, ac per omnia Monasteria, tam monachorum, q[uia] monialium Civitatis, Dicecessis, & Provinciæ Treveren, decernentes ipsos extunc ab omnibus evitandos. Cum autem ip[s]i incendiarij, post publicationem excommunicationis huiusmodi absoluvi non possint, nisi à summo Pontifice, Nos, ut idem incendiarij & receptatores eorum, super hoc aliquā ignorantiam

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXIII.

rantiam non prætendant, statuimus, ut hoc ipsis per Parrochiales sacerdotes intimetur ante denunciationem prædictam.

De uiolatoribus Ecclesiarum. Caput III.

 Tem de uiolatoribus Ecclesiarum & Monasteriorum, seu quorumcunq; religiosorum, & sacrorum locorum fractori- bus, statuimus, quatenus in loco ad quem prædam earū Ecclesiarum, & locorum sacrorum, seu personarum Ecclesiasti carum duxerint, qđiu ibi est & erit, præda vel ipse prædo, vel præde em- ptor, cesseret uidelicet in eiusdem loci Parochiali Ecclesia penitus à diuinis, per earundem Ecclesiarum Parochialium presbyteros Parrochi- ales, cuiuscumq; superioris iudicis Ecclesiastici Treveren. Provinciaz, mādato minime expectato: Ita tamen q; h̄dem Parochiales presbyteri causam cessationis huiusmodi, contra quem & pro quo fu: eadem cessa- tio facienda, suis Episcopis seu Officialibus eorum, qđprimum commo- de poterunt, non differant intimare. Si autem in ipsa Ecclesia Parrochi- ali Conuētus seu Collegium fuerit, januis clausis, eiusdē Parochia Parochianis exclusis, voce submissa, ita q; foris non valeant audiri, Diuina celebrentur ibidem.

De sepultura inter dictorum. Caput III.

 I quis autem Parochianorum prædictorum decesserit, sine officio Missæ, cum solis commendationibus sepelia- tur in atrio. Exceptis prædone, præde, emptore, fautori- bus seu receptatoribus eorundem. Præmissa vero seruen- tur q; cito de præmissis constiterit, per facti seu spoliij evidentiam, vel per Sacramentum spoliati, si honesta sit persona. Si quid autem circa p- missa, & cessationes huiusmodi dubitationis seu questionis emiserit, iudicio Episcoporum, aut eorum generalium officialium, quorum idem est auditorium, relinquatur: per quos restituta præda, resumptisq; orga- nis h̄dem uiolatores, fractores, prædones, fautores, & receptores, eorū dispendium, & damna spoliatis Parochialibus Ecclesiis & presbyteris, per censuram Ecclesiasticam restituere compellantur, quæ ratione hu- iusmodi cessatiois spoliatus, eodem Ecclesiaz & presbyteri incurserint;

I super

ACTA ET DECRETA SYNODI

super quibus damnis credatur iuramento spoliati, & presbyterorum, si honeste sint personæ, excommunicati denunciantur, usq; ad satisfactionem condignam premissorum.

De restitutionibus spoliq;. Caput V.

Sic autem adiuentes decreuimus, ut si raptiores, seu predones, quarumcunq; rerum sacrorum locoru, uel personarum Ecclesiasticarum, infra mensem, à quo ut predicatur cessari contigerit contra eos, praedam non restituerint, neque statuerint de premissis, absq; alio mandato, auctoritate publici statuti, per Parochiales presbyteros excommunicetur, & excommunicati ipso facto sint, & publice nunciantur; interdicta terra, eorundem raptorum, uiolatorum, seu predonum, si quam habent. Et si dominum superiorum habent temporalem, moneatur dominus per eosdem Parochiales presbyteros, ut eos ad condignam satisfactionem compellar, infra messem alium ammonitionis tempore sibi facte. Quod si facere neglexerit, ex tunc terra eiusdem domini temporali Ecclesiastico sit supposita interdicto. Quod autem dicimus de raptore, extendi uolumus ad eum, qui ut rapina fieret, procurauit.

De captiuitoribus Clericorum. Caput VI.

Statuimus, ut captiuitores Clericorum, absq; auctoritate superioris Ecclesiastici iudicis, qui hoc facere possit & debeat: de qua quidam auctoritate constet, adiutores & defensores eorum, q; primum de huiusmodi captiuatione constiterit, per euidentiam facti, uel alias legitime per Parochiales presbyteros excommunicati denunciantur. Si autem à die denunciationis Clericum captiuatum, infra tria dñi non restituerint, terra ipsorum, si quam habeant, Ecclesiastico sit supposita interdicto. Si uero à tempore interdicti huiusmodi, infra messem non resipuerint, eorum domini temporales, a locorum ordinarijs moneatur, ut captiuitores, & detentatores clericorum, ad eoru restitutione cōpellant. Alioquin ipsi dñi temporales p Ordinarios excommunicent, & excommunicati denunciari mandent. Quod si excommunicationis sententia nō perficit contra eos, ipsorum terre, si q; habebit, exiūc etiā Ecclesiastico sit supposita interdicto.

De

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXIII.

De denunciatione raptorum. Caput VII.

Dem statuimus, quia super constitutionū, & sententiarum executiōibus est iuris subsidium, & ordinariorū iudicū auxilium implorandū, statuimus, qđ si raptore uel captiuatore predicti excōmunicati fuerint nunciati, uel terræ corū, si quis habuerint interdictio suppositæ, à iudice ordinario unius Ciuitatis Diocesis, uel provinciæ Treveren. aliorū Dicecelum eiusdem provinciæ ordinarij, qui super hoc ex parte spoliatorū seu captiuarorum requisiti ferint, in suis ciuitatibus & diocesib. eundem raptore, seu captiuaore excommunicatum denuncient, ipsumq; faciant ab omnibus euaria terras si quas habet sub suis iurisdictiōibus, Ecclesiastico interdictio supponētes.

De partinaciter celebrantibus. Caput VIII.

Tem statuimus, si presbyter uel Clericus in sacro ordine constitutus, in loco interdicto scienter celebrauerit, uel ipse presbyter uel clericus interdictus, suspensus uel excommunicatus, maxime à iudice, divina ut prius celebrare partinaciter præsumplerit, & a loci ordinario monitus non desisterit, ac infra competentem dilationem secum super hoc dispensari canonice nō obtinuerit, per suum Episcopum, & mandatum ipsius, ut sit ceteris in exemplum, corporaliter capiatur, ut circumstantijs prouida deliberatione pensatis, in perpetuum, uel ad tempus, prout Episcopus expedire uidetur, carceri mancipe tur, ad pœnitentiam peragendam.

De executionibus testamentorum. Caput IX.

Tem, quia executores testamentorum, seu ultimarum voluntatum decedentium, plerumq; in nostra Ciuitate, Diocesi, & Provincia Treveren. executionem testamentorum huiusmodi etiam super his, quæ a testatoribus ad pias causas legata & disposita sunt, nedum infra annum, sed plerumque biennium, & multo amplius adimplere negligunt: Quinimo plerique executores bona decedentium huiusmodi sibi usurpantes, & diuidentes inter se, præfatas ultimas voluntates & dispositiones, dolose, exequi omnino

ACTA ET DECRETA SYNODI

prætermittunt, quamq; secundum Ciuiles etiam sanctiones, extrema uoluntas testatoris cuiuslibet, infra annum debeat executioni mandari: ali as est defunctorum p̄ijs voluntatibus per locorum Episcopos prouidendum, innouando statuimus, quatenus idem executores, per locorum ordinarios moneantur, ut facto primum, & q̄cito fieri poterit ab eis inuentario, super bonis receptis, infra annum à tempore obitus testatoris, huicmodi executionis recepte ultimas dispositiones prædictas, & præcipue ad pias causas, fideliter exequantur: super quo locorum Episcopis, seu eorum uices gerentibus fidem faciant. Alioquin executores præfati, bona executionis sibi commissi, Episcopis deferat, anno lapso per manus Episcoporum, secundum dispensationem defuncti, diuidenda & ordinanda. Quod si ipsi executores facere contemplerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurvant: quam excommunicationis sententiam, si per alium mensem, animo indurato sustinuerint, exiūc cesseretur in Parrochijs eorum, usq; ad satisfactionem cōdignam, si Episcopis expedire uidebitur, penitus à Diuinis.

De rugatis & scacatis uestibus. Caput X.



Tem, cum prima facie quilibet talis præsumatur, qualis is esse, cuius fert habitum comprobatur, in nostra Ciuitate, Diœcesi, & Prouincia Treveren, quā plures presbyteri, Canonici, & Clerici, rugatas & scacatas uestes gestantes, nec non mitras (ut vulgariter dicamus) seu curvas, coram Episcopis & Ordinarijs, ac etiam in Ecclesiis, in quibus ipsi beneficia obtinent deferentes, uenerabile Clericale signum, per quod ipsi in sortem Domini sunt assumpti, deferre per præsumptuosa superbiam uilipendunt, ut sic alterati in milites militiae uideantur, qui sanctæ cœlestis militiae milites esse dehent, & quibus nou sub terrestri, sed cœlesti militia de stipendijs prouideretur.

De exigentibus munera pro Sacramentis. Caput XI.



Tem cum secundum Canonicas sanctiones, nihil sit pro Sacramentis Ecclesiasticis exigendum, sed sint gratis, ac sine dilatatione quilibet exhibenda, quamq; p̄ie consuetudines iu per his, erga sanctam Ecclesiam pia deuotione à fidelibus intro-

introductione, debeant obseruari: quāplures tamen Parochiales presbyteri, nostræ Treveren Provincie, prout dīdicimus, ubi consuetudo nō est, super certo eis dando, consuetudinem prætendentes, pro sepultura, crismatis & olei receptione, & administratiōe, immoderatas pecuniarum summas, & alias res extorquent & exigunt ab inuitis: Effrenatam itaq; cupiditatem eorum refrenare cupientes, statuimus, ne prætextu consuetudinis, quæ super certo eis soluendo notoria non fuerit ab antiquo, dicti presbyteri pro sepulturis & exequijs mortuorum, ultra xij. solidos paruorum turoneñ. recipere seu exigere non præsumant: sed etiam minori summa contenti sint, secundum morientium facultates, super quibus eorum conscientias oneramus. In locis uero & Parrochij, in quibus super receptione certi & determinati, maioris uel minoris precij eis soluendi, super quo etiam contenti sint, seu rei cuiuslibet alterius consuetudo dubia non existit, si à Parochianis, & alijs, quorum interest recognoscitur ita esse, nihil per hoc præsens statutum uolumas immutare, quin huiusmodi pia & notoria consuetudo simpliciter obseruetur.

De incorporationibus Ecclesiarum. Caput XII.

Item cum concessiones seu collationes Ecclesiarū, quas incorporationes uocat, in quantum Ecclesiis & Monasterijs, non personis conferuntur, ad perpetuas alienationes pertineant, super eisdemq; Ecclesiis incorporandis, in nostra Ciuitate, Dicelesi, & Provicia Treveren, per importunitatem potentium, ab ecclesiarum Praefatis, & Capitulis faciendis, tantæ & totiens gratiæ factæ fuerint, & fieri sperentur in posterum, q; Parochiales q; plares presbyteri, uix iam habent & habere posse uidentur, unde secundum eorum statutum communio de sustententur, sed per incorporationem huiusmodi, per quas redditus, & decimæ à Parochialibus Ecclesiis subtrahantur, licet de cōmuni iure pertineant ad easdem, pluribus eisdem Parochialibus presbyteris pro hospitalitate tenenda, & Episcopalibus iuribus exoluendis, non suppetunt facultates, siccq; q; pluribus presbyteris & lectoribus in ecclesiis deseruientibus, & spiritualia seminaribus, ipsi carnalia non metunt, uineā plantant & colunt, & de eius fructu non edunt; extraneis in mes-

ACTA ET DECRETA SYNODI

sem eorum falcem mittentibus contra Apostolum, secundum quem
laborantem agriculam, prius oportet suscipere de fructibus suis, maxi-
me cum seruientem altari, siuere deceat de altari. Nos itaq; militan-
ti & pendia minime subterantur, statuimus, quod deinceps in nostra
Civitate, Dicecefi, & prouincia Treveren. huiusmodi concessiones seu
incorporationes Ecclesiarum, non fiant Ecclesiis & monasterijs, nisi
sub sit causa legitima & notoria, de qua constet, & nisi uocatis & presen-
tibus omnibus qui fuerint euocandi, sollemnitates adhibeantur, quae,
consideratis circumstantijs uniuersis, super alienationibus rerum Eccle-
siasticarum adhiberi debet, secundum Canonicas sanctiones; ita quod
incorporationes huiusmodi ipso facto non ualeant, nisi communis tra-
ctatu prehabito, inter episcopos, & Ecclesiarum cathedralium capitu-
la, causa rationabilis, uel urgens necessitas, seu carundem Ecclesiarum
evidens utilitas, eosdem Episcopos & Capitula, communiter ad predictas
incorporationes ex parte faciendas inducat. Si qui uero aliquid contra
fecerint, seu fieri peruererint, illud decernimus irritu & inane. Per
hoc tamen praesens statutum in nullo derogamus incorporationibus
Ecclesiarum hactenus rite factis.

De negotiantibus in Ecclesia. Caput XIII.

 Tem cū presbyteri, & personæ Ecclesiasticæ, in sacris ordi-
nibus constitutæ, in causis diuinis, sub Ecclesiasticis stipendijs
militare noscatur, ut Ecclesiasticū ordinē agnoscētes, in ali-
ud uitæ genus secularis, Ecclesiasticae disciplina spreta reue-
rētia, nō transcendent, statuimus quinquo sancta a sanctis Patribus in-
nouamus, ne presbyteri seu clerici in sacris ordinibus constituti, & ma-
xime monachi, seculares negotiatiōes exerceat aliqualiter, & precipue
tabernas nō teneat, lucris turpibus nō infestat, munera iniusta nō accipi-
ant, justitiā nō uendat, pro seculari questu, aliquē precio nō conducat,
nec in placitis secularibus, orphanorū & uiduarū, & plonarum misera-
bilium defensione cōcepta, disputare contendant, conductores & pau-
ratores, in casibus nō pmissis, rerū seculariū nō existant, Aleas non se-
quant, spectacula secularia fugiant, ornamēta statui & conditioni sur-
inconuenientia, neq; desiderent, necq; gestēti delitij superfluis non ui-
nans,

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXVI.

uant, gulâ fugiant, & sobrietatē sectentur: pondera iniusta, seu mensuras nō habeāt, circa ociosā & supflua nō intendant. Si q̄s aut̄ presbyterorū, clericorū, & monachorū, cōtra hoc salutare statutū ausa temeratio aliquid attentare præsumperit, competenti monitione præmissa, à suo Episcopo, q̄usq; resipuerit & cōdigne satisfecerit de cōmiso, ex cōmuni cetur, & a temere attentatis per censuram Ecclesiasticā compescatur.

De ministris altaris, & quod quilibet rector Ecclesie, debet habere personam literatam. Caput XIII.



Tem̄ put iā duduā a sanctis Patribus in generali Concilio statutū est, p̄cipiendo firmiter innouamus, qđ q̄libet presbyter, pastor, seu vicarius, in quacūq; Parochiali Ecclesia celebrās, nisi ppter paupertatē nimia & notoriā excusetur, Clericū, uel psonam literatam secum habeat, q̄ sibi cōpetenter legendo & cātando r̄spōdeat in diuinis, quacūq; cōtraria cōsuetudine nō obstante, p̄ quā in pluribus locis agricole, & alij puri laici, literas penitus ignorātes, q̄ securi altare, dum Divina mysteria celebrantur, stare uel sedere non debent, p̄ q̄s potius impediti plerūq; consueverat altaris ministeriū, quā ipsi decēter in eodē mysterio deseruirent. Scriptū namq; est, quod Ozias percussus a domino lepra, eo quod usurpare voluit sacerdotum officia.

De non exequentibus mandata superiorum. Caput XV.

Tē, quā p̄ malitiā, desidio & subterfugia psonarū Ecclesiasticarū & presbyterorū, quē ad superiorū suorū mandata exequēda tenentur, plerūq; effectus iusticie multipliciter impedit, statuimus ut presbyteri, & p̄dictę psonę Ecclesiastę, q̄bus aliquiū mādati executio a suo superiore cōmitti, si sup̄ executiōe huiusmodi quidq; maliciose egerint, seu fuerint negligētes, illi seu illis, p̄ q̄bus mandatū dīctū fuerat, ad interesse teneant & dāna, quā ob illud incurserunt, coram iudice, a q̄ mandatū emanauerat declarandis. Si uero īdē presbyteri, & quicūq; executores alij p̄ executione seu obseruatione mandatorum huiusmodi dāna passi fuerint, nō relaxet sentēcio, quātumcūq; principali pars in hoc cōseatiat, nisi prius eisdē presbyteris & executoribus de dāni huiusmodi, p̄ eū q̄ dāna intulit, ad arbitriū iudicis fuerit satisfactū.

De iusserentibus minas Clericis. Caput XVI.

I iiii Item

ACTA ET DECRETA SYNODI



Tem, si quæcumq; persona Ecclesiastica, uel secularis, p-
sonæ Ecclesiastice minas corporales intulerit, & moni-
ta à suo superiore eas certas facere noluerit, ad fidelem
assecurationem præstandā, sine mora ad id per excom-
municationis sententiam compellatur.

De portione perpetuorum uicariorum. Caput XVII.

Té cum is qui altari seruit, uiuere debeat de altari, prout alias in
Prouinciali Concilio Treveren. fuerat institutū, innouādo p̄cipi-
mus, ut p̄ locorū ordinarios, deseruientibus in Parochialibus ec-
clesiis, & p̄cipue p̄petuis uicarijs, cōperens porcio assignet; qd
si iudicem deseruientes, seu Vicarij, quoq; modo minorem aut minus su-
ficiētē acceperauerint portionem, nihilominus actionem habeant cō-
tra earundem ecclesiārum rectores, aut alios fructuum eorū percepto-
res, ad augmentum portionis eiusdem. Quod enim militantes Deo
presbyteri, mendicare non debeant, non specialiter in fauorem perso-
næ inductum est, sed totius ordinis clericalis. Et si deseruientes prædi-
cti seu Vicarij, ad assignationem prædictę debitę portionis agere non
audeant, seu quia lites abhorrent, nolunt super hoc actionem institue-
re, locorum ordinarij, super huiusmodi portione debita assignanda,
suum officium de plano, & absq; judiciali strepitu interponant, quā pri-
mum id deuenerit ad notitiam eorum.

De Canonicis horis dicendis. Caput XVIII.

Tem in Parochialibus Ecclesiis cantentur seu legant̄, considera-
ta qualitate tēporis, horæ Canonice, impedimento cessante. Ad
Parochialesq; Ecclesiās matrices, Parochiani de uillis circū diacē-
tibus, & capellis seu oratorijs attinētibus, salē quibuslibet diebus
Dominicis, & in solemnib; festiuitatibus, sub pena excommunicatio-
nisteneantur accedere; & ibidem Missarum solemnia audiant, prout in
generali Concilio est à sanctis Patribus institutum: p̄cipue ne honor
matricis Ecclesiæ pereat per capellas: nisi forte capella adeo sit remo-
ta, uel aquarum inundatio, seu aliud impedimentum subsistat, per qd su-
per hoc rationabiliter ualeant excusari: In eademq; capella de redditu-

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXVII.

bus adeo sit prouisum, quod de auctoritate Episcopi loci, possit & debeat in diebus talibus ibidem celebrare sacerdos.

De decimis praedialibus. Caput XIX.

Decimæ praediales, nō in domibus, sicut haec tenus in plerisq; locis fieri consuevit, sed in agris, vineis, pratis, & alijs locis, ex quibus proueniunt, sub poena excommunicationis integraliter persoluantur, nullis deductis expensis, que fæcuerint circa rem huinsmodi decimamdam.

Coram quibus causæ matrimoniales debent tractari. Caput XX.

Item cum causæ matrimoniales tractari debeant per discretos iudices, potestatem habentes iudicandi, & statuta Canonum non ignorantibus, firmiter inhibemus, ne Decani Rurales seu Forenses, Archipresbyteri, Ecclesiastū Pastores, seu vicarij, de causis matrimonialibus cognoscere vel iudicare præsumant; si contra factum fuerit, irritum nunciantes.

De uilipendentibus sententias excommunicationis. Cap. XXI.

Cum excommunicationis sententia, quæ est Ecclesiæ micro, uilipendatur à pluribus, Statuimus, si excommunicatus ab ordinario iudice, per annum in sua pertinacia & excommunicatione perfistat, eiusdem excommunicati moneat dominus temporalis, ab ordinario iudice, ut infra terminum competentem, eundem excommunicatum redire ad sanctæ matris Ecclesiæ unitatem compellat. Alioquin ipse dominus temporalis excommunicetur: quam excommunicationem, si per mensem sustinerit, extūc terra eius, si quam habet, prout eidem iudici videbitur, supponatur Ecclesiastico inter dicto.

De alienationibus bonorum Ecclesiasticorum. Caput XXII.

Item, quia plures Prælati Ecclesiastū, & potissime Abbates, & Abbatissæ, Priors, Præpositi, & alijs personæ Ecclesiasticæ, nostre Civitatis Treveren. Dicecet. & Provinciæ bona Ecclesiastū, Monasteriorum & Prioratum, adeo prodigaliter dissipando pro-
K fundunt;

PROVINCIALIS TREVEREN.

fundunt, vendunt, distrahunt, obligant, & adeo exquisitis conuentio-
nibus illicitis, etiam ipsis legum conditoribus incognitis, alienant, ha-
stenusq; dilacerando, & dilapidando bona eadem consumperunt, qd
etiam in pluribus Ecclesiis, monasterijs & prioratibus, in qbus per lat-
gitiones Imperatorum, regum & principum, & erogationes fidelium
superabundare consueuerant possessiones & redditus, peccatis exigēti-
bus, personæ clerici uel monachi & conuersi, locorum eorundem in
eisdem locis, & extra, cultu diuino, cui ascripti fuerant derelicto, in uili,
ac indecēti habitu, usq; ad exinanitionem extremę uirtutis deducti, mē-
dicare cogantur. Inq; locis huiusmodi claustris, seu dormitorijs, solenni-
bus ab antiquo, & quæ antiquis temporibus, propter eorum sublimita-
tem operis sumptuosí, aduenis & incolis mirifica uidebantur, uix eisdē
personis, clericis, monachis, & conuersis, patet diuersorium, ut ab im-
bribus & grandibus protegantur. Propter quod cedem personæ deri-
fioni laicorum cedunt & scandalo, in totius clericalis cœtus opprobriū
& contemptum. Prædictis itaq; dispendijs, inquaritum nobis, auctore
Deo, permīssum est, obuiare uolētes, maxime cum sicut anima sine cor-
pore corporaliter non uiuit, ita sine temporalibus spiritualia nequeunt
diu esse. Præsenti constitutione sub interminatione diuini iudicij, præ-
dictis Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & alijs p-
sonis Ecclesiasticis, firmiter inhibemus, ne in posterum bona Ecclesia-
rum, & locorum sacrorum immobilia, aliquatenus obligant, distrahāt,
seu etiam alienent, per se uel per alium, nisi tractatu præhabito sup hoc,
cum omnibus personis Ecclesiasticis eorundem locorum: Requisitoq;
& habito consensu singulorum eiusdem loci, euidentis utilitas seu necessi-
tas fieri id exposcat. Et quia prædictis suis prælatis, subditis, super huius-
modi alienationibus quandoq; precum inductionibus, alias uero op-
pressionum formidolosis terroribus consentire, contra proprias con-
scientias, ut plurimum non uerentur, præsenti constitutioni adjicimus,
ut deinceps huiusmodi bonorum immobilium obligatio seu alienatio
facta in casibus nō permīssis, ipso facto nō valeat, nisi una cū cōsenso plo-
narū p̄dictarū, auctoritas Dicecesani Episcopi interuenerit: oēs enim
basilicę sui territorij in eius potestate cōsistunt. Quā qdēm auctoritatē
nō nisi cōsiderata utilitate loci, cū solerti cause cognitione idē Episco-
pus:

*præ-
missis

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXVIII.

pus Dicecel, impedit. Si q̄s autē cōtra hoc salutare statutū quidq̄ attenta
re præsumperit, tā alienans depositiōes, quā recipiens restitutas, rei cū
fructibus poenas sustineant, nec p̄cium, nec bona huiusmodi male reci-
piens, ab Ecclesia recipiat, sed ad Ecclesiā, Monasteria, & loca q̄rū eadē
bona sunt, libere reuertantur.

De religiosis extra claustra vagantibus Caput XXII.

Tem sub pena excommunicatiōis districte inhibemus, ne mo-
nachī extra claustra per ciuitates, castra, seu villas incedere, seu
discurrere p̄sumant, nisi ratiōe amministratiōis, si quā habeat,
hoc eis iuxta regulares obseruatiōes sit p̄missum, vel nisi Abba-
tis seu Prioris claustralī sup hoc licētia intercedat: quā idem Abbas si-
ue Prior sub pena excommunicationis eis nō impendat, nisi hoc exige
rit monasterij evidens utilitas, vel patens necessitas corundē. Super quo
ipsorum Abbatis & Prioris conscientias oneramus.

De falsa moneta &c. Caput XXIII.

Tem, quia nō nulli motu dānabili, ac nephādo scelere, put intel-
leximus, monetā adulterinā & falsam, in suis p̄dijs & clausuris
exercere p̄sumūt, cuiusmodi facinus ipſi etiā gētiles multipliciter
dānauerunt, firmiter oībus presbyteris p̄cipimus & iniū-
gimus, ut in omnibus locis, & Parrochij suis, in quibus huiusmodi fal-
sam & adulterinā monetam, p̄ quoscunq; cudi, seu fabricari cognoue-
rint, in continentē cessent, cuiuscumq; superioris sui mandato minime
expectato, penitus à diuinis causamq; cessationis huiusmodi, & rei seriae
Dicecelano Episcoponō differat q̄ primū poterint significare, q̄ Epi-
scopus extunc ad exterminationē falsoī monetariorum, huiusmodi
spiritualiter & temporaliter totis virībus, totaq; intentione procedat,
dānaq; ob predictam cessationem Ecclesiā, vel presbyteris obuenien-
tia, restitui integraliter faciens.

De annogratia. Caput XXV.



Tem cum in Provinciali Treverensi Concilio, præsi-
dentibus in eodem recordatione felici, Theodorico
Treveren. Archiepiscopo, Iohanne Metensi, Rugero
Tullenſi, & Rodolpho Vuiduncen. Episcopis, pro-
pter multas abusiones, annus gratia fuerit reuocatus.

K ij Nos con

ACTA ET DECRETA SYNODI

Nos considerantes, quod huiusmodi reuocatio, in quandam consuetudinem est deducta; sicq; cathedralium atq; collegiarum Ecclesiarū plurimum Canonici, proprijs commodis inhiantes, in graue praedi-
cium successorum Ecclesiarum damnum, & plerumq; in elusionē pro-
visionum à sede Apostolica, super obtinendis canoniciatibus & p̄bē-
dis in eisdem Ecclesiis, à personis idoneis obtentarum, fructus pr̄ben-
darum suarum per unum annum, etiam post eorum obitus sibi retine-
re, usurpare, contendunt. Annum talem, qui iuxta hoc pro successorib;
& ceteris, bisextilis dici potius debet, annum gratiæ nuncupantes;
per cuius retentionem h̄dem Canonici q̄diu uiuunt, super deducendis
laſciujs & prodigalitatibus, spem assumunt. Præsentि constitutione san-
cimus, ut quacumq; consuetudine, imo potius corruptela contraria, nō
obstante, nulli Canonicō talem annum, talisq; anni redditus liceat reti-
nere, quin si hactenus retinuerint, vel cum deinceps retinere conti-
ngat, talis retentio qualiscumq; fiat, seu facta fuerit, nullius sit momenti.
Non teneantur etiam Ecclesiarum Capitula executoribus seu credito-
ribus Canonicorum annum huiusmodi retinentium, seu alijs eorum
nomine, de prædicti anni fructibus & redditibus respondere, sed ad
instituendos successores Canonicos transeat pleno iure. Si quid in cō-
trarium actum fuerit, irritum nunciātes. Et hoc Provinciale statutum
Episcopi Dicecelani Treveren. prouincie, in suis Cigitatibus & Dice-
cessibus, per censuram Ecclesiasticam inuolabiliter, a suis subditis obser-
uari procurent.

De manifestis usurarijs. Caput XXVI.

Precipimus districte, ut omnes usurarij restituant quicqd
ultra fortem perceperunt, sub poena excommunicationis,
contra eos in Lateran. Concilio edita, quæ talis esti Statui-
mus, ut usurarij manifesti, nec ad communionem admittā-
tur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint,
accipiant sepulturam, nec oblationes eorum quisquam accipiat. Qui
autē acceperit, aut Christianę tradiderit sepulture, quod acceperint red-
dere compellantur, & donec ad arbitrium sui Episcopi satisfecerint, ab
Officij sui maneant executiōe suspensi. Item pr̄cipimus, ut sorte dedu-
cta red-

PROVINCIALIS TREVEREN. XXXIX.

cta reddant pignora & remittant. Item, districte præcipimus, ut nomine tutelæ & procurationis, uel timore domini sui, aliqui non recipiant usuras, quia sicut non suo nomine, ita nec alieno potest quis scenus exercere. Item præcipimus, ne ea intentione mutuent pecuniam suam ante messem, uel uindemias, recepturi in messe, uel uindemias bladum, uel uinum, pro multo minori precio, q[uod] tunc uerisimile potuit ualere, sub poenis antedictis.

De celebratione festorum. Caput XXVII.

Tem statuimus sub diuinæ ultiōnis poena, & præcipimus, ut nobiles & domini terræ, permittant hominea suos dies festiuos obseruare, & non compellant eos exactiones publicas, seu alias angarias prestare.

De cauvuercinis & usurarijs. Caput XXVIII.

Tem præcipimus districte, ut se contra cauvuercinos ita habeant, sicut in generali Concilio est statutum,

De litigantibus coram secularibus iudicibus. Caput XXIX.

Tem cū de consuetudine approbata, & iā diu obseruata, quod memoria non existit, tam religiosi q[uod] clerici iniuriatores & molestatores suos coram suis iudicibus, si delicer Ecclesiasticis, in causam trahant: & nonnulli barones, nobiles, ballini, p[ro]positi, & uillici, & alijs laici potestate secularē habentes Civitatis, Dicē cel, & prouinciae Treveren, tam religiosos q[uod] clericos, coram se litigare compellant, nec patiuntur eos ius suum prosequi coram Ecclesiasticis iudicibus. Præcipimus uobis, & uniuersis presbyteris, quatenus in Ecclesiis uestris, prædictas personas moneatis, ut ab huiusmodi, tam religiosorum q[uod] clericorum molestatione defistant. Nos omnes personas illas, quæ post dictam motionem, Religiosos & Clericos compulerint coram se litigare, excommunicationis uinculo innodamus, & præcipimus eos singulis diebus dominicis & festiuis, excommunicatos denunciari.

De Monachis & Monialibus. Caput XXX.

K iiiij Item

ACTA ET DECRETA SYNODI



Tem nulli monacho uel moniali, duo officia in eodem monasterio sub poena excommunicationis assignentur. Singula namque officia sunt psonis singulis assignanda. Item præcipimus, ut oes nouith, post annos discretionis & probationis, statim faciat professionem expressam, in manu Abbatis, uel alterius, secundum consuetudines locorum rationabiles & præscriptas.

Item de proprietatibus religiosorum. Caput XXXI.

Atem præcipimus districte, ut monachi & moniales, omnibus proprietatibus quas hactenus habuerunt, fine difficultate renunciem, & omnia in cōmunes usus monasterij redigantur: qui uero renunciare rennuerint, excōmunicentur. Quod si nec sic resipuerint, per Abbatem uel Abbatissam, aut per Episcopos, & eorum Officiales, ad id cōpellantur. Item districte inhibemus, ne monachi denarios, quos in oblationibus Missarum recipiunt, sibi referuare præsumant, sed Abbat, uel cui ipse præceperit regnent, in communes usus fratrū expendendi. De denarijs annuerſiorum, & omnia que ad manus eorum denoluuntur, nemo sibi quicq; usurpare præsumat: nec per monachos, uel moniales, de cetero diuidantur, sicut hactenus per abusionem fieri ab aliquibus consuevit, sed in communes usus omnium redigatur.

De administratione superiorum, inter suos monachos.

Caput XXXII.

Tem præcipimus Abbatibus & Abbatissis, ut suis subditis, tam in uictu q; in uestitu, secundum sui monasterij possibiliter, necessaria administrarent. Panis uero & uinum, & alia necessaria, dentur fratribus in cōmuni, ad sufficientem necessitatem eorum: nec alicui aliquid ad uitam, uel certum tempus assigneatur specialiter, & quod uni, uel in cōmuni superfuerit, iterum pro communitate reseretur, uel pauperibus distribuatur: & hospitalia pauperum in omnibus monasterijs restaurentur, & eius consueti redditus assignentur.

De diuersis ad religiosos spectatis.

Caput XXXIII.

Item



Tem inhibemus districte, ne monachi uel moniales ha-
beant famulos suos, uel seruientes utriusq[ue] sexus specia-
les, nisi forte in talibus sint constituti officiis, quod ipsis
commode carere non possint: & tunc de licentia Prae-
latorum suorum assumant eosdem. Si quis autem alias
tales personas retinere præsumperit, expelli eos de
monasterio, sub poena excommunicationis præcipimus per Praelatos.

De ludo monachorum in claustris. Caput XXXIII.



Tem ludos chorearum, scacorum, annularū, & globo-
rum, monachis inter dicimus omnino: & ne intra septa
sui claustrorum, uel ipsum claustrum tabernas habere, nec in-
fra ipsas ibi, uel alibi sedere, uel ludere, uel bibere, aliquis
eorum audeat, sub poena excommunicationis firmiter
inhibemus.

De uestibus monachorum & monialis. Caput XXXV.

Item præcipimus districte, ne Abbates, uel monachi, Abbatissæ,
uel moniales, sub poena excommunicationis, mantella seu sorco-
tia aperta portent de cætero, nec habeant pannos de nigra bru-
netta, nec de moreta, sed quanto haberi potest humilioris præcij,
prout regula præcipit: cucullas autem habeant cum amplis capucij, &
latis: quando equitant, cappis utantur nigris, & clausis. Item ut di-
ctum est, pallia puniceo uel purpureo colore tincta, aut pellibus, aliocq[ue]
preciosiori panno subducta, districte religiosis omnibus inhibemus,
sub poena excommunicationis.

De custodia claustrorum. Caput XXXVI.



Tem claves claustrorum semper apud Priorē, prio-
rissam, uel magistrā: nec sine licentia aliquis mo-
nachus, seu monialis, maxime de nocte, sub poena
excommunicationis, exire audeat, uel aliquam mu-
lierem, cuiuscumque sit conditionis monachus, in
ambitum Monasterij introducere præsumiat, sine

K. iij. Abbatis.

ACTA ET DECRETA SYNODI

Abbatis uel Prioris permisso speciali. Introducta tamen cum licentia,
non intus commedat, uel dormiat ullo modo.

De ultima uoluntate. Caput XXXVII.

 **T**em, cum nihil magis hominibus debeatur, q̄ ut supre-
mę uoluntatis liber sit stilus, & libertam quod iterum nō
redit arbitrium, Sub interminatione divini iudicij pr̄-
cipimus, quod nullus executor extreme uoluntatis, pr̄-
sertim ad pias causas constitutus, à creditoribus uel lega-
taris testatoris audeat recipere uel exigere pecuniam, pro debito suo,
seu pro legato eius soluēdo, seu pro executione facienda: qđ si fecerit, ipso
facto sententiam excommunicationis incurant.

De falsis Apostolis. Caput XXXVIII.

Item inhibemus sub poena excommunicatiōis, ne aliquis in no-
stra Ciuitate, Diceceſi & Prouincia Treueren. aliquem, uel al-
iquos de illis rusticis, qui se apostolos appellant, in domum su-
am recipiat, aut eis eleemosynas eroget cum prout in antiquis
Synodalibus statutis continetur, sedes Apostolica tales reprobauerit, &
in eorum receptatores & fautores excommunicationis sententiā pro-
culit ipso facto.

De Beghardis. Caput XXXIX.

 **T**em, cum quidam sint Laici in Ciuitate Treueren. Di-
ceceſi, & Prouincia, qui sub pr̄textu cuiusdam san-
ctæ religionis, Beghardos se appellant, cum uestibus
talaribus, & tunicis longis, & capucis largis, otio inten-
dentes, ac labores detestantes, conuenticula inter se ali-
quibus temporibus faciunt & conseruant, seq̄ singunt
coram personis simplicibus expositores sacrarum scripturarum, Nos
vitā eorum, qui extra religionem approbatam, validi mendicātes dis-
currunt, merito reprobantes, Monemus omnes & singulos huiusmodi
Beghardos, quos etiam à quolibet Parrochiali presbytero, in sua Par-
rochia moneri uolumus diligenter, ut intra quindenam à p̄missis
defistant, & de laboribus suis uiuant, circa laboreſq; sicut ceteri homi-
nes se

nes se exponant: alioquin ipsos & quemlibet eorum, quos excommunicamus in his scriptis, denunciari in Parochialibus Ecclesiis excōmunicatos prēcipimus & mandamus, singulis diebus dominicis & festiuis.

De impedientibus nuncios iudicium Ecclesiasticorum. Cap. XL.

ITem statuimus, quod si quis cuiuscumq; dignitatis seu conditionis existat, nuncios aut executores Ecclesiasticorum iudicium, vel alias literas eorundem, actaq; iudicialia deferentes, hac occasione uerberare, capere, uel detinere, uel occulte carceri mancipare, aut quod grauius est interficere, literas, uel acta prædicta personis memoratis auferre, seu ea rumpere & cancellare, aut alias destruere, quocumq; modo, uel ablata celare præsumpserit, aut ista fieri procurauerit, uel facientibus consilium, uel opem duxerit adhibendam, excommunicationis sententiaz, quam ex tunc, ut ex nunc, in ipsum ferimus, subiaceat ipso facto. A qua, nisi prius, tam iudici, cuius auctoritatem contempserat, q; passo cui iniuriam fecerat, ac cæteris quorum interest, prout excessus postulauerit, satisfaciat competenter, nullatenus absoluatur.

De petentibus cum calicibus. Caput XLII.

ITem prohibemus sub poena excommunicationis, ne quis cuiuscumq; conditionis existat, uadat per terram cum calicibus, absq; literis Episcopi loci ad petendum pecuniam, quia multe ex hoc fraudes ac deceptiones committuntur.

De exequijs morientium. Caput XLIII.

ITem cum in exequijs mortuorum lugendum potius sit q; conuiuandum, inhibemus sub poena excommunicationis, ne conuiua & commissationes teneantur de cætero, que per hæredes seu successores defuncti fieri consueuerunt in eisdem exequijs; sed sumptus huiusmodi in usus pauperum, & in pias eleemosynas, in remedium animæ defuncti potius conuertantur.

De clericis & monachis nocte ambulantibus.

Caput XLIV.

L Item

ACTA ET DECRETA SYNODI



Tem in locis, in quibus post sonitum campanæ uel buccinæ de nocte laici sine lumine ire prohibentur, clericos & monachos huiusmodi constitutionis auctoritate, eandem prohibitionē uolumus obseruare. Alioquin pœnæ pecuniariæ, propter hoc laicis impositæ, eos decernimus subiaceret quam per Archiepiscopos, presbyteros, uel per capellanos, locorum ipsorum, nomine ipsorum ab ipsis clericis exigi & ieuari uolumus, & mandamus: quā si forte legitime requisiti soluere noluerint, eandem pœnam duplicatam per eos soluere, per censuram Ecclesiasticam cōpellanter: ut per hoc laicorum uitetur scandalum, & clerici ab illicitis arceantur.

Ne in anniversarijs commissationes fiant. Caput XLIII.



Istrictius quoq; inhibemus, ne clerici seu sacerdotes ad anniversaria conuenientes, in sabbato carnes cōmedere præsumant, uinum quoq; temperēt, & se uino etiam honeste habeant, & mature ac pacifice, ac fine murmurū, et cum gratiarum actioē accipiant & cōmedant, quod eis fuerit appositū: nec sibi parati faciat cibaria delicata, sed solum pro corporis refectioē necessaria, ne lōgi temporis uictum breuis hora consumat, & ne quæ sua, sed quæ Christi sunt querere uideantur: à crapula & ebrietate, à plausibus, risibus, cachinnis insolitis, ac iniubis uerbis, otiosis atq; superfluis, & à rixis & contentionibus omnino se abstineant.

De impedientibus anniversaria. Caput XLV.



Ostremo in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ne quis uerbo, uel facto aliquos inducere uel retrahere præsumat, ne anniversaria fieri solita fiant in Ecclesiis, in quarum cimiterijs corpora defunctorum, pro quibus fiunt, sepultantur.

De ludo taxillorum clericis prohibito. Caput XLVII.



Lericus aliquis cum taxillis publice uel occulte ludere non præsumat. Clerici uero in sacris ordinibus cōstituti, uel beneficiis Ecclesiasticis habētes, qui in platea, uel loco publico, publice cum taxillis ludere præsumplerint, ipso facto ab execu-

cutione sui ordinis sint suspensi. Ludere in præmissis cassibus intelligimus ad puncta, ut sic dicamus, ponendo qui transuersat, uel qui ludi est particeps, uel qui lucrum inde consequitur, uel damnum. Præmissam tamen poenam extendi nolumus, ad ludentes recreationis & solacijs causa, & in domibus honestis, & cum personis honestis, non ambitiōis, uel avaritiae causa.

De fideiūssione clericorum. Caput XLVIII.

 **N**illas clericus securitatem aliquam, uel fideiūssionem præstet, seu faciat coram quacumque persona, uel curia seculari, de stando uel parento iuri coram ea, nisi forte ratione seu dorum uel possessionum, quæ uel quas ab ea tenet.

De scribenib[us] statuta contra Ecclesiæ libertatē. Cap. XLIX.

 **N**ec Honorius Papa quartus, excommunicatiōis sententiā fortia protulit, contra statuores & scriptores statutorum, mas contra Ecclesiæ libertatem, necnon & contra potestates, gnus consules, rectores, & consiliarios locorum, ubi huiusmodi **Hono:** statuta fuerint obseruata: & insuper contra illos, qui secundum ea præsumplerint indicare, uel in publicam formam redigere ausi fuerant iudicata. Hanc autem excommunicationis sententiam, illos incurtere decernimus, qui contra privilegia & libertates clericorum & Ecclesiæ statuere, ordinare, præcipere, aut interdicere expresse uel indirecte per se, uel per alios præsumunt uel recipiunt, ne quis in Ecclesiā, uel clericorū fornace panem coquat, uel in molis eorum molat, ne quis eis ignem det, uel aquam ferat, ne quis possessio[n]es eorum colat aut defendat, sed impune destruit, aut ne quis aliquod commercium cum eis habeat, uel q[uod]modolibet participet, aut loquat, aut eis de decimis, primijs, oblationibus, uel alijs iuribus spiritualibus non respondeat, aut his similia agunt: & qui talia facta per alios, in quos dominium habent, seu Officiales suos, requisiti non reuocant cum effectu. A qua excommunicationis sententia, nullatenus absoluatur, donec de dannis & iniurijs, propter hoc personis Ecclesiasticis, & Ecclesiis illatis, satisfecerint competenter.

Ne quis oratoria faciat. Caput L.

L ii Pro-

ACTA ET DECRETA SYNODI



Rohibemus sub pena excommunicationis, ne deinceps quam Ecclesiis, Capitulas, Oratoria, hospitalia, vel alia pia loca, & religiosa, in Provincia Treverensis, edificet, vel altare aliquot in dicta Provincia erigat, sine nostra vel Episcopi licentia speciali.

De Altari portatili. Caput LI.

Sed & Altaria portatilia, ita lata & sparsa fiant, quod calix & hostia possint tutae super illa conuenienti distantia collocari.

Ne causae seculares in cimiterijs tractentur. Caput LII.



E domini vel iudices seculares, aut ballini, aut officiati, seu nunc curie seculares, in Ecclesiis, vel cimiterijs, vel in Ecclesiarum atrijs, causas, lites, contentiones, seu placita audiant, penitus inhibemus: sed nec sententias proferant, nec præcepta, bona, edicta, arrestationes vel execu-
tiones faciant, nec aliquos ad quocumque poenam corpora-
lem condemnatos, per loca ipsa deducantur: tales enim sententiae & pro-
cessus reprobantur a iure. Sed nec aliquæ congregations, concilia, per-
lamenta, vel choreas facere, vel cantilenas dicere, vel mercata teneere,
vel merces uidere, vel aliquam ludibriæ & inhonestæ agere, ibidem plumar.

De hospitalitate Clericorum. Caput LIII.



Voniam quicquid habent Clerici, pauperum esse debet,
strictè præcipimus omnibus presbyteris, Rectoribus,
& curatis, ut in suis Ecclesiis hospitalitatem teneant con-
gruentem. Præmisso tamen quod Ecclesiæ ipsas in pran-
dijis, cœnis, vel popinis, & similibus, & quibuslibet alijs
grauam in bas, laicis quibuscumque non submitant, aut de novo illas eis
quocumque modo tributarias seu censuales faciant, si condignam effuge-
re voluerint ultionem. Sed de Ecclesiis, aut rebus, vel negotijs Ecclesi-
asticis, laicorum iudicio, aut voluntate nequaquam disponant. Laici autem
se ualij quilibet, qui in præmissis, aut in talibus causis indebitis seruitijs,
vel similibus, Ecclesiæ seu Ecclesiastica bona, quomodolibet grauare,
aut Ecclesiasticas personas ad hoc quomodocumque compellere præ-
sum-

PROVINCIALIS TREVEREN. XLIII.

sumperint, nisi legitime, ab ordinariis moniti, à talibus destiterint, aut iam commissa emendare distulerint, excommunicationis sententia ex tunc uolumus subiacere.

De pecunia Ecclesiae disponenda. Caput LIII.



Nterdicimus, ne rectores Beneficiati, de pecunia ratione Ecclesiarum suarum acquisita, emant possessiones, seu redditos per perpetuos nomine hæredum suorum, uel etiam alieno, sed ad opus suum dumtaxat, & Ecclesiarum suarum confici faciant, per ipsius instrumenta

De retinentibus bona prædecessorum. Caput LV.



Vlus laicorum sub poena excommunicationis latet sententia, bona decedentium Clericorum prætextu Ecclesiae acquisita, occupare, uel detinere præsumat. Sed ad uilitatem ipsius Ecclesiae conseruentur.

De obseruantia rerum Ecclesiae. Caput LVI.

D hoc iubemus, ut Rectores & Beneficiati, in ædificijs & reparationibus Ecclesiarum & domorum, in libris quoque & ornamentis, & alijs ad diuinum cultum necessarijs, iuxta facultates ipsarum Ecclesiarum studeant, cum opus fu erit, taliter se habere, quod eorum exemplo Parochiani, & alij ad hoc merito imitentur, præcipue cum ipsi de iure ad talia possint cogi.

De Materia calicis altaris. Caput LVII.



Mnibus sacerdotibus nostræ Treveren. Provincie interdicimus, ne quis q[uod] eorū cū calice ligneo, uel uitreo, uel staneo, uel plûbeo, uel de auricalco, uel electro, infra nostrâ Provinciam ulterius celebrare præsumat. Habeat igitur unaquaq[ue] Ecclesia calicem saltē argenteum cū patena.

De imaginibus in Ecclesia habendis.

Caput LVIII.

L ijij Præ-

ACTA ET DECRETA SYNODI



Ræcipimus, ut in unaquaq; Ecclesia, ante uel post, uel super quodlibet altare sit imago, uel sculptura, uel pictura, uel scriptura expresse designans, & cuiuslibet intuenti manus estans, in cuius sancti meritum & honorem sit ipsam altare constitutum.

De residentia personali.

Caput LIX.

Statuimus, monemus, atq; præcipimus, omnibus Rectoribus & capelaniis, curatis Ecclesiarum, nostræ Ciuitatis, Dioces. & Provinciæ Treveren. ut in suis Ecclesiis, intra mensem à die recitationis præsentis constitutionis computandū, residentiam faciani psonalem, hospitalitatem reueant, prout facultates suarum Ecclesiarum commode poterūt supportare. Alioquin præsentis constitutionis auctoritate ab ipsis beneficijs nouerint se suspensos nisi cum eis Canonice fuerit super hoc dispensatum.

Ne Ecclesiae dentur ad censum uel ad firmam. Caput LX.



Vpientes hospitalitatem in Ecclesiis obseruari, interdicimus, ut nullus Ecclesiæ ad censum uel ad firmam det & cedat, nisi fructus eis obligat, absq; nostra & Episcoporum loci licentia speciali. Sed & si quis aliqua rationabili causa ad censum, seu ad firmam dandi licentia a nobis, seu Episcopo loci obtinuerit, non tñ alicui seculari personæ officiū aliquod, in qua cumq; seculari regimine gerenti accensare, obligare, seu ad firmam dare presumat. Alioquin contractum ipsum nullas uires habere decernimus, & ipsum ad firmum dantem & obligantem à beneficio suspendimus. Contractus uero ad firmam dationis, contra hoc iam initos seu celebratos reuocauimus, & omnino uitribus vacuamus.

De Sacramentis dandis. Caput LXI.



Istricte præcipimus oib; archipresbyteris, & perpetuis vicariis, ac etiâ curatis, ne propter debitū pprium, uel Ecclesiæ fax, pp; ia auctoritate denegare plenum qbuscumq; ploris ingressum Ecclesiæ, aut differre Ecclesiastica sacramenta, quæ eis sunt absq; dilatione qualibet concedenda,

De

PROVINCIALIS TREVEREN.

XLIII.

De testamentis exhibendis. Caput LXII.

Tem statuimus, ut quicunq; aliquem in aliqua Parrochia cuiusquam presbyteri nostre Ciuitatis, Dioeces, & Provincie Treveren, testamentum, uel quamlibet ultimam voluntatem ordinare uel disponere contigerit, post mortem testatoris, per eiusdem Parrochiae Capelianum moneantur haeredes, uel haeres ipsius ultimae uoluntatis executor, uel executores, uel ille seu illi, penes quem, uel quos scriptum ultimae uoluntatis fuerit, quod ipsam infra quadraginta dies, à tempore obitus testatoris computandos, nobis, uel Officiali nostro, in nostra ciuitate, & dioeces, Episcopis uero locorum, uel eorum Officialibus, in nostra Provincia, apertam, uel aperiendam exhibeant: ne eleemosynæ, seu legata ad pias causas remaneant insoluta, & ut pia ultima testatoris uoluntas, debitum sorciatur effectum. Quod si infra præmissos xl. dies id non fecerint, impedimento cessante, incurvant excommunicationis sententiam ipso facto.

De restitutione pecunie male acquisitæ. Caput LXIII.



Tatuitus, ut haeredes & successores defuncti, qui iurat soluere seu reddere pecuniam illicite acquisitam, uel res alias seu legata, moneantur per locorum ordinarios, ut sicut ille iurauerat, ipsi ita adimpleant: & ad hoc si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam, sicut iustum fuerit, compellantur.

De testantibus. Caput LXIV.

Via nihil est, quod magis debeatur hominibus, quam ut eorum suprema pie uoluntatis legata impleantur, statuimus atq; ordinamus, ut quicunq; de bonis suis testari, atq; de anima sua disponere uoluerit, Rectorem seu Capelianum curatum, qui eius noscere debet conscientiam & conditionem, & à quo Ecclesiastica Sacra menta uiuens recepit, aduocet: per quem salubrior & iuuati, & dirigi poterit in his quæ ad salutem animæ sœtæ pertinent peragendis.

De monitione executorum ultimarum voluntatum. Caput LXV.

L. iiiij. Praedi-

ACTA ET DECRETA SYNODI



Ræcipimus quoq; in uirtute sancte obedientie, uniuersis Rectoribus Ecclesiarum & curatis, ut annis singulis in quatuor diebus dominicis, uidelicet semel in quolibet quatuor temporum, publice infra solemnia Missarum, moneant generaliter, omnes & singulos executores testamenterorum, & quarumlibet ultimarum uoluntatum & dispositionum, & etiam quoslibet heredes, & successores, & generaliter qualcumq; personas, qui seu quæ tenebuntur aliqua dare, soluere, uel facere, ad pias causas, seu quoslibet pios usus, iuxta defunctorum dispositiones, ut illa infra anni spacium à testatoris obitu computandum, dare, soluere, & facere teneantur, nisi qd agendum est prolixius tempus necessarium de sui natura, uel ex testatoris dispositione exposcat. Hoc autem locum habere intelligimus, in casibus post præsentis constitutionis æditionem futuris. In his uero quæ ante præsentis constitutionis promulgationem dari, solui, uel fieri debuerunt, annum ipsum, à recitatione præsentis constitutionis decernimus computandum. Alioquin qui intra præmissum tempus hoc adimplere neglexerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurvant: eisdem quoq; rectoribus & capellaniis, sub pena suspensionis ab officio præcipiendo mandamus, ut infra uiginti dies post lapsum annum præmissum, nobis, uel Officiali nostro, in Civitate & Dioecesi nostra, & locorum Episcopis, in nostra Provincia, fideliter denunciare procurent personas, quas nouerint in suis Parochijs, quæ præmissa, sic infra præmissum tempus nō adimplevissent: hi, uel per nos, uel per Episcopos, ad hoc per competentia remedia urgeantur, uel per nos ipsos, seu Episcopos, prout iura suadent, piz ipsorum decendentium uoluntates executioni debite demandentur. Relicta autem ad pias causas, in extrema uoluntate coram sacerdote Parochiali, seu curato, & duobus aut tribus fide dignis, testibus etiam sine quacumq; scriptura inde confecta, firma decernimus permanere.

De male retinentibus bona testatorum. Caput LXVI.



Ræcipimus quoq;, & præceptum fuisse hactenus declaramus, ut testamentorum seu quorumlibet ultimarum uoluntatum executores, titulo emptionis, uel quovis alio titulo, nihil omnino propria auctoritate de bonis retineant testatoris,

toris, nisi forte ab illo legatum sibi expresse fuerit uel concessum. Qui uero contrafecerint, precium amittant, si ex causa emptionis se dixerint retinere; si uero ex alia causa, iudicis ordinarij loci arbitrio puniat.

De testamentis clericorum beneficiatorum. Caput LXVII.

Rædecessorum nostrorum uestigij inhærentes, permitti-mus de gratia speciali, quod clerici beneficiati nostre Ci-uitatis, dice cel. & prouinciae, soluti omnibus Ecclesiæarum & beneficiorum suorum debitibus, disponere possint libere et testari, dum mentis sui compotes existunt de bonis mo-bilibus & se mouentibus, obtenu Ecclesiæarum & beneficiorum suorum acquisitis: ita duntaxat, quod Ecclesiæ suas, beneficia & domus, utensi libus & animalibus, quæ agricultura ipsius Ecclesiæ prius deputata sunt, nequaquam spolient, sed illa & insuper sufficientia uictualia, & sumptus ne-cessarios usq; ad nouos fructus colligendos, profuturi successoris, & ser-vitorum Ecclesiæ, ac ministrorum necessariorum congrua sustentatiōe reseruent.

De sortilegijs, Caput LXVIII.

Diuinationes, sortilegia, auguria, & alia quælibet similia su-persticio remedia, siue in præcantationibus, & iura cō-munibus, siue in uotis, quas brevia seu characteres vocant, aut etiam in quibuscumq; rebus ad collum, uel alibi suspē-dendis uel legendis consistant, tanq; damnata, ab omnibus Christifidelibus nobis subditis obseruari & fieri, eisq; fidem adhiberi, pe-nitus prohibemus.

De eodem. Nullus ergo paganorum morem secutus, ad diuinos, sortiarios, magos, uel augures pro uita, uel morbo, uel pro morte hominum, seu animalium, uel pro rerum amissione: aut contra grandines & tempestates, aut ut à uiro uel muliere magis ametur, aut pro quolibet alio remedio, uel concilio superstitioso, ab illis exprecando recurrat, aut eos in domum suam, q; ut malum foris mittant, ad maleficium inue-niant introducat.

De diuinationibus, Caput LXIX.

M Nul

ACTA ET DECRETA SYNODI



Vllus etiā per sortes, quas sanctorum seu apostolorum, uel psalterij uocant, aut cuiuslibet scripturæ inspectione diuinationis scientiā profiteatur, aut futura promittat, aut quilibet beneficia in tabulis uel codicibus, in astrolabio requirat. Nulla mulierum se nocturnis horis equitare cū Dyana dea p̄ganorum, uel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum profiteatur. Hęc em̄ dæmoniaca est illusio. Nemo in herbarum collectiōibus, carmina, incantatiōes, aut alias obseruationes, pr̄ter Dominicā orationē, & Symboliū adhibeat: nec in breuibus suspēdendis uel ligandis aliqd p̄ter illa scribat: dæmoniū tñ sustinenti, licet petras & herbas sine incitatione habere. Dies quoq; Aegyptiaci, constellatiōes, lunationes, calend. Ianuarij, initia mensium, dies mensis, cursus lunę, solis, & syderum, superstitiose obseruari nō debēt, credendo uidelicet in illis virtutē seu necessitatē inesse. Sed nec in pr̄missis diebus seu temporib; mense, cum am pullis & lampadibus in domibus sunt parandę, uel per uicos & plateas cantores & chorez ducendæ. Nulla etiā tempora fausta uel infausta estimanda, ut quis in eis uelit aut nolit aliquid inchoare: nec ad uolatū uel garritum auionum, uel ad motū alicuius membra, aut alicuius animalis aspectum aliquid esse prospere uenturum, uel non, pr̄noscendum est.

De pr̄noscitibus per xii. signa. Caput LXX.



Nterdicimus etiam, ne quis per xii. signa coeli, nascentiū in illis mores, actus, euentus, aut effectus pr̄dicere pr̄sumat. Et ne homo pro dōmo fabricanda, aut cōiugio sociādo, uel huiusmodi illa obseruet: quicunq; aut post generales prohibitiones, quas in Missarum solemnijs, diebus dominicis per sacerdotes super his fieri pr̄cipimus, si cōtra p̄missa fecerit, ingressus Ecclesię, & ecclesiastica sacra mēta eis omnino interdicant: & si necesse fuerit, excommunicationis uinculo innodantur, alijsq; iuris remedijs, per locorum ordinarios a talibus arceantur.

De questoribus. Caput LXXI.

Quia



Via plurimis esse questores hospitalium, Ecclesiarum, & locorum religiosorum & piorum, falso mentientes, falsas literas portant, aliqua etiam falsa & adulterina signa sibi imponunt, nonnulli quoq; sanctuaria se deferre prætententes, abusiones multas in religioni & Ecclesiarum & locorum, quorum nomine questus exercent, ad infamiam & scandala populorum: Idcirco uolentes circa hoc remedium, quale possemus adhibere, omnibus & singulis Rectoribus & curatis nostræ Civitatis, Diœcesi, & Provincie Treveren, in virtute sancte obedientie p̄cipimus, ne de cetero ullum questorem, in suis Ecclesiis, sine nostris vel Episcopi loci, aut Apostolicis literis admittant.

Per quos matrimonium debet celebrari. Caput LXXII.

Districtius inhibemus sub poena excommunicationis latę sententię, ne aliquis sacerdos, non habens Parrochiam, siue animarum curam, matrimonia celebret, corpora defunctorum sepeliat, baptizet, confessiones audiat, Eucharistiam seu alia sacramenta Ecclesiastica populo ministret, sine nostra aut Episcopi loci, aut illius cui animarum cura in illo loco commissa est, licentia speciali: cum constet absolutiones aut remissiones ab eo, absq; licentia huiusmodi, tāq; à non suo iudice factas, nisi dux taxat in casu necessitatis, nullius fore momenti. Nemini etenim licet sacerdenti suam in messem mittere alienam, iuxta illud: Ingressus es ut aduenia, nunquid ut iudices nos? Sed nec aliquis sacerdos in alterius Ecclesia vel Parrochia, diebus dominicis, aut alijs solennitatibus, Missas publicas celebrare præsumat, donec rector, uicarius, vel capellanus Missam celebauerit: nisi de ipsis rectoris, vel uicarii licentia, cum & secundum Canonicas sanctiones, nulli sacerdoti licet Missas peculiares siue priuatas dicere, per quas populum à publicis Missarum solemnis, que hora debita fieri consueverint, talibus diebus abstrahatur: nec absq; ipsius licentia, saltem tacita vel generali, Missas publicas celebrare, vel baptizare, aut aliquid aliud, quod ad rectoris seu uicarii spectet officium, gerere præsumat.

De ministris Altaris, Caput LXXIII.

M ii Omni-

ACTA ET DECRETA SYNODI

Omnibus sacerdotibus sub pena excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, ne diuina officia celebrare præsumant filii suis illegitimis sibi ad altare ministrantibus.

De horis Canonicas. Caput LXXIII.



Mnibus insuper curas regentibus præcipimus, ne horas Canonicas, uel aliud quocumque officium Ecclesiasticum, sine superpellicio, impedimentoo cessante, in Ecclesiis diceret uel celebrare præsumant.

De pollutione Ecclesiarum. Caput LXXV.

In Ecclesia consecrata sanguinis uel seminis effusione, aut incendio, uel violentia polluta, priusq; Canonice fuerit reconciliata, artius prohibemus diuina officia celebrari; sed & si in cimiterio consecrato, contiguo hoc contigerit, uel si excommunicatus, uel infidelis ibi sepultus sit, tunc absq; nostra uel Episcopi locilicentia speciali, quisquam in cimiterio non sepeliatur eodem.

Ne alieni sacerdotes Parrochianos alterius ad confessionem admittant. Caput LXXVI.



Villus sacerdos nobis subditus, cui animarum cura commissa nō fuerit, Parrochianum alterius ad confessionem admittat, absq; nostra uel Episcopi loci, seu pprii presbyteri licentia speciali; nisi forte Parochiali sacerdote in grauissima etiudine constituto, uel nisi tanta fuerit populi multitudo, quod ad confessiones audiendas Parochialis sacerdos sufficere non possit: in quibus casibus concedimus, quod hoc possit de Parochialis sacerdotis licentia, & etiā in graui articulo necessitatis.

De communicantibus Caput LXXVII.



Vamus omnes fideles, in tribus anni temporibus, uidelicet: in Natali, in Pascha, & in Penthecosten, ad communionem corporis & sanguinis Domini sunt monendi, Præcipimus tamen, ut omnes nostri subditi, semel in anno Capellano seu Rectori, in cuius Parochia degunt, uel alijs de eius

eius licentia, sua confiteantur peccata, & saltim die Paschæ Eucharistiam recipient, nisi de licentia sui obtinuerunt confessoris. Alioquin à Rectoribus & Capellaniis uiuentes ab ingressu Ecclesiae, & sacramentis Ecclesiasticis arceantur, morientibus sepultura Ecclesiastica denegetur. Et insuper in virtute obedientiaz præcipimus, sub pena excommunicacionis, Rectoribus & capellaniis curas regentibus, ut clericos & laicos, qui præmissa facere non curauerint, sed in hoc peccato pertinaciter persistent, nobis, uel locorum Episcopis nouiscent, & eorum nomina in scriptis assignent, ut ex hoc canonice puniantur.

Casus Episcopo reseruati. Caput LXXVIII.



Voniam circa maiora maius periculum uertit, idcirco cauti us est agendum. Inhibemus igitur, & in virtute sanctæ obedientiaz præcipimus omnibus Rectoribus, & curatis, & quibuslibet alijs subditis Civitatis, Dicæcœl. & Provinciæ Treveren. cōfessiōes audiētibus, ne de casibus Episcopali bus, de iure uel consuetudine ad nos, & Episcopos pertinentibus, se q̄ modolibet intromittant. Sed ad nos seu Episcopos, & primarios nostros, illos fideliter remittere current. Et ne aliquis pretextu ignorantiaz se in talibus ualeat excusare, aliquos ex illis hic duximus exprimendos.

Primus est.

Primo quidem mittendisunt ad nos uotorum violatores, ac post uotum castitatis matrimonium contrahentes. Secundo contrahens cum alia matrimonium prima uiuente, & contrahens uel religionem intrans, aut sacrum ordinem suscipiens inuita uxore propria, post carnalem copulam subsecutam. Tertio confessus se credidisse hereticam prauitatem, & se hereticos receptasse, & cum eis participasse, & eis fauisse. Quarto symoniacus, quocumq; genere symoniæ, præterq; mentalis. Quinto ab Episcopo alieno, sine licentia proprij Episcopi ordinatus uel tonsuratus. Sexto homicidium faciens, factio, precepto, consensu, cōcilio, exhortatione, uel quolibet alio modo. Septimo concipiens filium à non uiro, quem uir credensuum esse filium, nutrit uel instituere intēdit. Octavo uir qui in mortem coniugis, & uxor quæ in mortem uiri

M iii effectua-

ACTA ET DECRETA SYNODI

effectualiter machinatur. Nono, presbyter celebrans scienter in Ecclesia uel Parochia interdicta; & secundas nuptias benedicens. Decimo, clericus uel laicus scienter corpus excommunicati, uel etiam in tempore interdicti, non excommunicati, in cimiterio benedicto sepeliens. Undecimo, excommunicatus à Canone in illis casibus, in quibus Episcopus absoluere potest: & etiā irregulares, in illis casibus, in quibus Episcopus dispellere potest. Duodecimo, matrimonii clādestine contrahentes: & oēs q̄ scienter int̄ersunt, q̄ secundū antiqua statuta Synodalia nostre Provincie, excommunicationis vinculo sunt ligati. Tertiodecimo, falsarius literarū Apostolicarū, sive Episcopaliū, uel Officialiū, sive publico: ū instrumenti. Quartodecimo, sacerdos scienter celebrans in altari nō consecrato, uel sine sacris, in diuinis, celebrans, etiā nō ieiunus. Itē nō ordinatus in presbyterū Missam celebrans: & nō ordinatus in Diaconū solēniter & publice in Ecclesia euangelij legēs: & nō ordinatus in Subdiaconi, solēniter et cū indumentis subdiaconi Epistolam in Missarū solēnijs legēs. Quintodecimo, clericus iurās, tactis sacrosanctis euāgelij & periurans: & quā docūq; dubitat, utrū aliqd Sacramentū sit seruandū uel nō. Sextodecimo, ubiq; etiā solēnis penitētia iniungenda: nō dicimus hoc de publica. Septimodecimo, incendiarij & effractores Ecclesiarū, & domorū Ecclesiasticarū, & nocturni depopulatores agrorū, & famosi latrones, qui in itineribus infidianf. Octauodecimo, p saltū aliq; ordine ptermiso, uel etiā furtive & cōtra phibitionē p̄motus, & rebaptisatus, & reordinatus, & recōfirmatus. Nonodecimo, excommunicatus, suspensus uel interdictus celebrans Missam scienter, uel officiū ſuū solēniter ſicut prius celebrans, & q̄ excommunicatus uel interdictus, ordinē uel beneficiū ſucepit. Viceſimo, coiens cum monialib; sancta, uirgine uel non. Viceſimoprimo, defloratores uirginū ui opprefſet uel rapte. Viceſimo ſecundo, opprimēs ſive perimes prolē ſuā studioſe uel negligēter ante partū uel post. Viceſimoterio, quolibet abutens crismate uel hostia, uel alia re ſacra. Viceſimoquarto, rapinā uel ſacrilegiū in Ecclesia cōmittens. Viceſimopinto, ſcienter baptizans p̄priū filiū, & etiā filiū uxoris ſuę ex alio viro, uel ecōuerſo, ppterq; in articulo ne cōſtitatis, & tunc alijs deficientibus, & etiam in cathechismo, uel cōfirmatione tenēs. Viceſimosexto, in Ecclesia, maxime cōſecrata, luxuriā cōmittens, humanū ſemen q̄modoliber ibidē studioſe cōmittens,

mittens. Vicefimo septimo scienter coiēs cum Iudaea uel Saracena, uel pagana, uel econuerso. Vicefimo octavo, uerberās patrē & matrē, uel alias eis enormes iniurias irrogans. Vicefimo nono, sortilegi, diuini, malefici, incantatores, augures, auruspices, dæmones p̄ q̄cumq; causa inuocantes, uel similia faciētes. Tricesimo, cōtrahentes matrimonii post spōsalia cū alijs iuramento interposito contracta, illis p Ecclesia nō dissolutis. Tricesimo primo, violator Ecclesie uel cimiterij. Tricesimo secundo, peccatū Sodomitīcū cōmittens, uel cū brutis cōmiscēs. Tricesimo tertio, incestum cōmittens cū q̄buscūq; consanguineis uel affinibus. Tricesimo quarto, Sacerdotes uel ministri, quorū culpa uel negligētia iiquid in honestū circa sacramētū altaris euenerit. Tricesimo quinto, cognoscens consanguineā uxoris suę, uel spōsę. Tricesimo sexto, procurans q̄quo modo siue in se, siue in alio, sterilitatē. Tricesimo septimō, blasphemias publice Deū, uel matrē eius, uel sanctos, & fallum testimonii scienter p̄ferens; & laicus transgressor iuramenti: q̄ tñ post transgressionem satisfecit de eo, qd iurauerat facere uel obseruare. Tricesimo octavo, sacerdos coiens cum ea quā baptizauit, uel cuius confessionē audiuit: & etiam qlibet coiens cū ea, que qualibet spirituali affinitate est sibi coniuncta. Tricesimo nono, cōtrahens matrimonii cū ea quā cognouit p adulteriū superstite legitima sua uxore uel econuerso. Quadragesimo, mulier cuies vir diu absfuit, & de illius morte certitudo nō habetur, cōtra prohibitionem matrimonij cū alio cōtrahens: idem econuerso.

Desolemnisatione matrimonij. Caput LXXIX.

Inhibemus Rectoribus & sacerdotibus, ne matrimonia inter aliquos, qui sunt ætatis nubilis, siue ambo siue alter tñ deficiat in ætate, uel etiā ubi dubitat utrū matrimonium teneat an non, uel si de hoc lis mota fuerit, solenēsare in Ecclesia p̄sumat, sine nostra aut Episcoporu, uel Officialium suorū licentia speciali.

De matrimonio clandestino. Caput LXXX.

Denunciamus & declaramus, qd q̄cumq; clādestina spōsalia seu matrimonia, contra iuris phibitionē contrahūt, tñ ipsi contrahentes. q̄ etiam omnes clerici & laici ac religiosi q̄ presbyteri nō sunt, q̄ scien? & spōste, nō calu sorbito tali

ACTA ET DECRETA SYNODI

matrimonio intersunt, per constitutionem tam Provincialis Concilij, q̄ prædecessorum nostrorum, excommunicationis, presbyteri uero suspensionis per triennium incurant sententiam, ipso facto.

Inhibemus igitur, & inhibitū esse de iure declaramus, ne sponsalia seu matrimonium clandestine contrahantur. Sed cum contrahenda fuerint matrimonia, sacerdotes publice ter, scilicet per dies dominicos, uel festiuos proponant, & proclamationem faciant in Ecclesiis competenti termino præfinito, ut infra illum quæ uoluerit & ualuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi sacerdotes nihilominus per seipso fideleriter & diligenter inuestigent, utrum aliquid impedimentum obstat: quod si apparuerit, uel etiam de ipso sit probabilis coniectura, contractus matrimonij interdicatur expresse, donec quid super hoc fieri debeat per loci ordinarium declaretur. Sacerdos uero qui tales cōiunctiones solemnisare præsumperit, aut quilibet regularis qui eis interesse præsumperit, per triennium ab officio suspendantur: grauius nihilominus puniendi, prout culpæ ipsius qualitas postulabit. Sed & illis, qui taliter copulari præsumperint, condigna penitentia iniungatur. Et si sic coniuncti simul publice cohabitare præsumperint, Ecclesia eos tanq; publicos concubinarios reputabit. Veruntamen si clandestine contrahentes, talia matrimonia, postea in facie Ecclesiæ publicare uoluerint, ab Ecclesia recipienda erunt, & approbanda, tanq; à principio in conspectu Ecclesiæ contracta; nisi uel consanguinitas, uel alterum legitimū impedimentum appareat. Ita uidelicet, quod publice coram sacerdote, & alijs pluribus personis confiteantur se matrimonium contraxisse, uel de novo matrimonium in Ecclesia contrahant de præsenti, eisq; si postulauerint, detur benedictio nuptialis: iniuncta tamen prius eis per sacerdotem penitentia competenti, pro eo, quod clandestine contraxerunt. Prædictæ autem proclamationes, non remittantur à quoq;, nisi super una uel duabus ex causa dūtaxat, nos uel Episcopi ex causa uelimus gratiam facere specialem.

Ne ignoti matrimonialiter copulentur.
Caput LXXXI.

Nullus



Vllus autem sacerdos ignotas personas, de remotis partibus uenientes, matrimonialiter copulare præsumat, siue ambo ignorentur, siue altera illarum tantum. Nec tale matrimonium faciendum denunciet in Ecclesia, absq; nostra uel Episcoporum locorum licentia speciali. Sed nec sacerdos aliquis, Parrochianum alienum ad matrimonium contrahendum recipiat, ignorante proprio sacerdotio. Si uero sponsus & sponsa de diuersis Parrochis fuerint, matrimonii cōtr. here poterunt, & nuptialem benedictionem recipere, in quacumq; Ecclesia maluerint: cum tamen ueras literas, uel certos nuncios suorum presbyterorum ostendant, continentes, quod in Ecclesiis, quorum sunt Parrochiani, matrimonium denunciatum fuerit legitime contrahendum, quodq; ipsi presbyteri nullum sciunt uel audiuerunt impedimentum, quo minus matrimonium inter eos possit esse: licet ante transtulerint domicilium suum in Parrochiam alienam, nihilominus tamen denuncatio matrimonii contrahendi fiat in prima Ecclesia, in cuius Parrochia diu morati sunt, & etiam in illa, in qua suum transtulerunt domicilium & morantur, præcipue si nouiter transtulerunt: eis autem qui rupta fide sponsaliorū matrimonium cum alijs contrahunt, non detur benedictio nuptialis.

De recipiendis ad primam tonsuram. Caput LXXXII.

Recipimus, ut nullus illegitime natus, ad primam tonsuram, uel quoslibet Ecclesiasticos ordines, uel Ecclesiastica beneficia se ingerat uel præsentet, seu præsentari faciat, absq; legitima dispensatione. Qui uero contrarium fecerint, & qui talem scienter prætentauerit, præter pœnam iuris, ipsum excommunicationis vinculo innodamus. Illegitimi uero, beneficia Ecclesiastica, absq; sufficienti dispensatione obtinentes, ipso facto ipsis beneficijs nouerint se priuatos.

De excommunicatis & nominatim interdictis. Caput LXXXIII.

Excommunicatos & nominatim interdictos per totam nostrā prouinciam ab omnibus regularibus & secularibus exemptis & non exemptis, præcipimus in divinis officijs & sacra mentis Ecclesiasticis euitari, quia nulli debent in hoc aliquibus pri-

ACTA ET DECRETA SYNODI

bis privilegijs se tueri. Qui uero contraficerint uel tales ad Ecclesiasticam se pulvram receperint, aut celebrare in Ecclesia interdicta presumperint, Ecclesiae in quibus talia fiunt, subiaceant interdicto.

De obseruantia mandatorum superiorum. Caput LXXXIII.

Precipimus Rectionibus & Capellaniis Ecclesiistarum omnibus, sub pena excommunicationis, ut præcepta, sententias interdicti, excommunicationis, quæ nos uel Episcopi nostræ Prouincie, uel Officiales nostri, uel alius auctoritate nostra, mandauimus obseruari, uel mandabimus in futurum, post positis odio, gratia, uel timore, fideliter obseruent, & quantum in eis fuerit ab alijs faciant obseruari.

De male retinentibus literas & instrumenta. Caput LXXXV.

Tem præcipimus sub pena excommunicationis latæ sententiae, quod oës illi qui retinent scienter & dolose, contra voluntatem debitorum, omnia instrumenta, & literas ipsorum debitorum, de quibus plene satisfactum est eis, qd eadem instrumenta eis restituant infra mensum, ex quo præsens statutum ad eos peruerterit, & restituendi habuerint facultatem.

De eodem.

Eos quoq; qui propter executionem mandati, statuti, & ordinationis præmissorum, uel alia qualibet occasione clericos uel laicos, qui aliquos ad nostram curiam, & Ecclesiasticos iudices citari uel trahi fecerint, uel interdicti aut ex communicationis, uel alias sententias & processus, contra eos obtinuerint, aut ibi in iudicio contenderint, aut etiam Officialem, iudicem, uel nuncios nostros, & Episcoporum, qui huiusmodi sententias rulerint, & processus fecerint, compellere per captionem personarum, uel rerum suarum, uel propinquorum suorum, uel alio quocumq; modo, ad defistendum uel obrinendum absolutiones seu revocationes humanis modis faciendas.

Qui nolunt exequi mandata superiorum. Caput LXXXVI.

Eos



Os etiam que in causis ad forū Ecclesiasticum pertinentibus, executiones aliquas contra quacumq; personas secerint, capientes, & q; eos capi, uel alias lēdi mandauerint, seu procurauerint, nisi infra unius mensis spatium, cū debita satisfactione præmissa emendauerint, & cum effectu destituerint, in his scriptis excommunicationis sententia innodamus.

De extortis absolutionibus Caput LXXXVII.



E autem circa hæc que necessaria sunt omittamus, & naquis ignorantiam possit prætendere in præmissis, duas constitutiones felicis recordationis domini Gregorij Papæ x. præsentii constitutioni de uerbo aduerbum duximus subiectandas, quarum prima hæc est:

Constitutio prima:

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, uel quacumq; reuocatione ipsius, aut suspensiōis, seu etiam interdicti per vim, uel metū extorta, præsentis constitutioonis auctoritate omnino uiribus euacuamus: ne autē sine vindicta uiolentia crescat malignādi audacia, eos qui absolutionem seu reuocationem huiusmodi uel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Item alia hæc est.



Vicumq; p eo quod in reges, principes, & barones, nobiles, ballinos, uel quoslibet ministros eorum, aut quoscumq; alios excommunicationis, suspensionis, uel interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam dederunt alicui occidiendi, capiendo, uel alias in personis aut bonis suis, aut suorum grauādi, eos q; tales sententias p tulerūt, sive q;rum sunt occasiōe platiæ, uel easdem sententias obseruātes, seu taliter excommunicatis cōmunicare uolētes, nisi licentiā ipsam te integra reuocauerint, uel si ad honorū captiōnē occasiōe ipsius licentiæ sit pcessum, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierū spatii restituta, aut satisfactio pro ipsius impēta, in excommunicatiōis

N iij sententiæ

ACTA ET DECRETA SYNODI

sententiam incident ipso facto. Eadem quoq; sint sententia innodati, oēs, qui ausi fuerint prædicta licentia data uti, uel aliquid præmissorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibemus, alias committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint, nisi per sedem Apostolicam, absolutionis beneficium obtainere.

De clericis in iudicio seculari parentibus. Caput LXXXVIII.



Llud quoq; sub excommunicationis pena prohibemus, ne quisq; Ciuitatis, Dioces, & prouinciarum nostrarum clericos, seu Ecclesiasticas personas, trahere seu trahi facere præsumat, super quibuscumq; personalibus actionibus, coram quocumq; domino, iudice, Ballino, uel quolibet alio temporali seu seculari, uel seculararem iurisdictionem habente. Clerici uero contra hoc facientes, excommunicationis incurant sententiam ipso facto. Sed nec ipsi de facto, coram talibus, & super talibus, siue à clericis, siue à laicis trahi fuerint, in ipsis consentiant, aut coram eis super his respondeant, sub eadem excommunicationis pena, præter alias poenas de iure scriptas. Nos enim sententias, condemnationes & processus q̄libet eorum talibus siue per eos, siue eorum auctoritate, uel mandato habitos & habendos, irritos decernimus & inanes. Si uero dominis secularibus, iudices, Ballini præmissi, & alij quicumq; quomodolibet directe uel indirecte, per se uel per alios, tales in se consentire, aut coram se ostendere, compellere, aut ab eis aliquid extorquere præsumperint, ipsi iudices, domini, Ballini, & quilibet alij, excommunicationis sententiae ipso facto se nouerint subiacere: à q̄ absoluī non possunt, nisi prius eis restituant, quod à talibus habuerunt: nec remissio eorum, a quibus exactū extiterit, ipsis extorquentes aliquatenus ualeat excusare.

Ne bona Ecclesiarū alienis personis submitrantur. Caput LXXXIX.

INuncta nobis officia, cura, & commissa præterita, nos impellūt, ut tam præsentis innovatione statuti, quam debitaram adiectioē poenarum, nostris & subditis nobis Ecclesiis indemnitatibus cōsulamus; ne nos qui alios in sua iustitia souere tenemur, ius nostrū & Eccle-

& Ecclesiarum inprouide negligere videamur. Quia igitur nonnulli bona & iura nostra, & Ecclesiarum prædictarum spiritualia Ecclesiastica & temporalia, modis varijs occupare, & occupata detinere, Dei timore postposito, non uerentur: Alij uero feuda, & retrofeuda, bona & iura, quæ à nobis, & ab Ecclesiis nostræ provinciæ tenere debent, alijs personis recognoscere uel submittere non formidant. Adhæc interdicimus omnibus, & singulis a nobis, & Ecclesiis nobis subditis, quæcumq; bona Ecclesiastica, & mundana, iura, feuda & retrofeuda, quomodolibet tenentibus seu præsidentibus, ne de cætero illa in toto uel in parte quoquo modo uel titulo, alienare, transferre, recognoscere, uel submittere, quibuscumq; personis Ecclesiasticis uel mundanis, collegijs uel universitatibus, seu in illas sine nostra, aut successorum nostrorum de prælatorum Ecclesiasticorum prædictorum licentia speciali præsumant, & ne quisq; recognitiones, submissions huiusmodi amodo scienter recipere præsumat: in contrafacientes uero, ex nunc, ut extinc, personas sci licet singulares, excommunicationis, in Collegijs uero seu Vniuersitatis, interdicti, in his scriptis sententias promulgamus. Et insuper occupationes, detentiones, alienationes, translationes, recognitiones, & submissions ipsas irritas nunciamus, & totaliter annullamus: id ē q; excommunicationis sententiaz decernimus subiacere eos, qui bona immobilia, feuda, iura, iurisdictiones & libertates quorumlibet Ecclesiarū nostræ Ciuitatis, Diceceis & Prouinciæ, quomodolibet usurpare, ac occupata detinere præsumplerint, nisi infra duorum mensium spatium, a præsentis publicatione constitutionis connumerandum, taliter occupata, seu detenta, cum omnibus fructibus & prouertibus inde perceptis plene & integre restituerint Ecclesiis illis, seu Ecclesiasticis personis, ad quas pertinere noscuntur. Vniuersis & singulis Ecclesiarum Rectoribus & curatis præcipientes, quod præsentem constitutionem Parochianis suis expōnere studeant diligenter: & si forte quemq; hac excommunicatione ligatum noueritis, illi sepulturam in morte sua, seu aliqua Ecclesiastica Sacra menta in uita non ministrentur, uel admittat etiam ad diuina.

De Phisicis & medicis. Caput XC.

N ij Quia

ACTA ET DECRETA SYNODI



Via sicut intelleximus, pleriq; indocti, & quorum uita & mores incogniti sunt, in ciuitatibus, castris, oppidis & uillis nostris, & nostre Prouincie, in arte medicinæ & chirurgiæ, & alijs artibus docere & practicare cotendunt, & circa exhibēdas medicinas & colliria, q; plures impiti & inex-
pti se ingerunt: ex qbus q; plurima dispēdia peruenisse noscunt, magi-
striq; esse cupiunt, qui discipuli non fuerunt, districte sub poena excom-
municationis latæ sententiae inhibemus, ne quis deinceps in Ciuitate seu
Dioeces. nostra & Prouincia, artem medicinæ seu chirurgiæ exercere seu
docere præsumat, absq; nostra seu Episcoporum locorum licentia spe-
ciali. Decet enim ut prius examinentur & approbentur, tam in scientia
q; in moribus, hi qui circa salutem corporum, quæ rebus quibuslibet p-
ponenda existunt, asserunt se expertos: cum maxime in talibus tā peri-
culosis & arduis, quilibet ignorans præsumi debeat, nisi probauerit se
scientem.

De honestate Clericorum. Caput XC I.

Hec præcipimus, ut unusquisq; maxime clericus, dolos & coniurationes caueat, odium & emulationes, obtre-
stationes, atq; inuidiam effugiat: non vagis oculis, non
effrenilingua, aut petulant tumidoq; gestu incedat: sed
pudore, etiam uerecundia mentis, simplici habitu, in-
cessuq; ostendat: obscenitatem etiam uerborum &
membrorum, sicut & operum, penitus excretur: senioribus debitam
exhibeat obedientiam, neq; ullo iactanti studio seipsum attollat, bo-
nis moribus studeat, ab omnibus illicitis cor, linguam & corpus, Deo
auctore conseruet: omnis enim iactantia atq; immoderatio, à bonis, est
moribus aliena: curam pauperum, peregrinorum, & aliarum miserabi-
lium personarum habeant, præbentes eis charitatuum refectionem,
prout eis à Deo fuerit inspiratum: Vidiuas, orphanos, & pupilos de-
fendant, & tam in his q; in alijs totius boni laudabile exemplum ex-
hibeant.

Defensu mortuo.

Caput XC II.

Si mu-

PROVINCIALIS TREVEREN. T. A. LII.



Mulier in puerperio decesserit, & partus in visceribus maternis adhuc facere credatur, uterum mulieris sine mora aperiatur, & partus si uiuus eductus fuerit, baptizetur: Si uero mortuus, extra cimiterium tumuletur. Sed si partus simul cum matre mortuus probabiliter creditur, tunc sine apertione, mulier cum partu cimitatio intumuletur. Si autem muliere in partu laborante, infans ex ventre matris tunc caput emiserit, & nasci nequeat, mox aliqua de obstetricibus a quam super caput infantis infundat, dicens: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Eterit baptizatus. De eodem item dicendum est, prout quidam asserunt, si maior pars corporis, praeter caput, appareat & baptizetur, sicut si minor. Unde si tales pes, vel sola manus appareat, baptizari non debet: quod si fiat nihil agitur. Cum enim tunc partus non nascitur, nec tunc etiam renasci potest. Ceterum, si solum caput, vel sola maior pars corporis appareat, nec discerni potest, cuius sexus sit, tunc obstetrix lauando caput cum aqua & faciendo crucem supra corpus, dicat sicut Creatura Dei, ego baptizo te, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & erit baptizatus,

De confirmationibus. Caput XCIII.



Confirmationem est secundum tuum Ecclesiasticum Sacramentum, ab ipso Christo institutum, quod Apostolos suos confirmavit, & per eos, eorumque successores, populos confirmatos esse decrevit. In hoc Sacramento, sicut in baptismate copaternitas contrahit, impediens matrimonium contrahendum, & dirimere iam contractum. Nullus potest bis confirmari, sicut nec bis baptizari: nullus nisi ipse baptizatus sit, alius ad confirmationem presentem: nullus proprii filii, vel econversorum: nec vir uxore, vel econversor: nec vir & uxor simul infantem aliquem in confirmatione teneant seu placent, non plures unum confirmandum, aut unus plures confirmatos presentem, ne oblitio ex tempore diuertitur, vel ploratum multiplicitate pueniens, peccati occasionem inducat: nullus hoc Sacramentum, nisi baptizatus fuerit accipiat. Confirmatus, si adultus sit, prius debet confiteri peccata. In confirmatione noia possunt mutari. Nemo sine hoc Sacramento uita debet finire. Ideoque sepe dicatur laicis, ne diu expectent Episcopi sui aduentum ad confirmationem, sed pueros mittant ad loco proxia, ubi audierit Episcopum aduenisse.

De confessionibus Caput XCIV.

N. iiiij. De con-

ACTA ET DECRETA SYNODI

NVllus alieno sacerdoti peccata sua confiteatur, nisi prius a proprio petita licentia & obtenta, quam nullus requitus malitiose dare, recusare præsumat. In quibusdam tamen casibus, libere potest quis confiteri alieno sacerdoti, a suo presbytero licetia nō petita. Primo, si Episcopus hoc alij delegauerit specialiter. Secundo in aliena Parrochia peccans, potest de illo peccato, sacerdoti illius Parrochie confiteri. Tertio, si suum domicilium ad aliam Parrochiam transtulerit. Quarto, cum est uagabundus. Quinto, si sibi mortis periculum imminet, nec habere potest proprium sacerdotem: quo etiam casu posset laico catholico confiteri. Sed nec aliquis sacerdos, alterius Parrochianum ad confessionem admittat, sine licentia proprij sacerdotis. debet autem confitens seipsum, non aliud accusare, nec personam eius, cum qua peccauit, debet nominatim exprimere; sed nec confessor de illa querere debet. Nō debet etiam quis per nuncium, vel per scripturam, sed proprio ore confiteri debet, ut qui per seipsum peccauit, per seipsum confiteatur, ut erubescat.

De eodem.



Dhæc confessiones mulierum, non in loco occulto, sed in patenti, quis audeat, nec earum facies aspiciat, sed uel capucium ante oculos teneat, uel alibi faciem auertat: & si forte horribile peccatum audierit, non spuat, nō faciem torqueat, aut signum aliquod faciat, propter quod peccatorem deterreat, uel rubore seu uerecundia confundat, ita ut reliqua peccata sibi timeat reuelare.

Tem sacerdos peccatorem diligenter admoneat, & discrete inducat, ut omnia peccata sua humiliiter, uere, integre, simplificiter, & fideliter confiteatur, nec uerecundia, uel timore aliquod celet: ostendens ei, quia non homini, sed Deo, cuius personam repræsentat, ipse loquuturus est, & quod ipse sacerdos peccator est: & beati Petrus & Paulus peccatores fuerunt: eo quod res pene contra naturam est, ut quis sine peccato sit, & humanum est peccare sed diabolicum in peccato perseverare. Dicens ei, quod si facte & palliate confiteatur, uel si aliquod mortale peccatum celauerit, uel scienter dimiserit, uel

Serit, uel partem peccatorum unius sacerdoti, & partem alteri confiteatur, talis pœnitentia, ad æternam salutem non sufficit promerendam. Intel ligens igitur presbyter ea, quæ confitens dicere uoluerit, querat ab eo, utrum alia dicere uoluerit, solicitando eum, ut studiose cogitet, nec aliqd prætermittat; de delictorum circumstantijs, prudenter & caute interroget: non tam q̄ scire appetens, sed ut melius & salubrius consulere sci at: & utatur confilio Concilij generalis, ubi sic dicitur: Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici, superinfundat uinum & oleum uulnibus sauciati, diligenter inquirens etiam peccatorum circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debet ei praestare consilium, & cuiusmodi remedium adhibere. Interroget ergo in genere, & de diuersis uidelicet utrum peccauerit peccato superbie, glorie, luxurie, & sic de alijs. Vnde August. Diligens inquisitor, & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astute interroget a peccatore, id qd forsitan ignorat, uel uere cutida uult occultare. Cognito igitur, uide iacet secundū locū, tēpus, sexum, conditionem, causam, intentionem, criminis, uarietates eius non dubitet inuestigare, nempe personam, motum, & alia necessaria: non tam specifianto nūm circumstantias, nec interrogando de inusitatibz: ne querendo de illis, quæ confitens forsitan ignorat, uel nūquam audiuit, in his instruatur, & ad peccandum inducatur. Nam & secundum Gregorium, loquendo, specificando, & interpretando, sepe culpa detegitur quam nescit ipse qui confitetur. Sed nec inquirat unde persona est, cum qua confitens peccauit. Quærat etiam sacerdos a confitente, utrum doleat de commissis, dicens ei, quod nō gaudebit se conuersum, nisi doleat se fuisse peruersum: & an proponat ulteriori non peccare, & pœnitentiam agere de commissis. Et si respondebit se a peccatis non posse abstinere uel nolle, aut quod ab aliquibus uult abstinere, & in aliquibus remanere, debet nihilominus sacerdos confessionem eius audire, & ei de peccatis consilium praebere: prius ramen q̄ sibi consulat, ei patenter dicat, qd si quis quidquid habet pauperibus erogaret, & q̄diu uixerit in pane & aqua ieunaret, & alia bona faceret, nihil sibi proficeret ad uitam æternam obtinendam, q̄diu deinde in peccato commissio remanserit, uel propositum, & uoluntatem iterū committendi habuerit; nec eū ab aliquo peccato absoluat, nisi ab omni-

O bus pœnitiu-

*locū,

ACTA ET DECRETA SYNODI

bus pœnituerit, & nisi propositum habuerit, iterum non peccandis ad quod toto posse & studio ipsuna inducat. Quod si ipsum ad ueram pœnitentiam & confessionem inducere nequiverit, præbeat ei de peccatis confessis consilium, dicens in hunc modū: Frater dico tibi, & consulo, quod ieiunes, ores, des eleemosynas, & alia bona facias: hæc tamen ad uitam æternam non sufficiunt obtinendam, quamdiu in peccato uel peccati manseris uoluntate, quia nihil prodest ieiunare, & orare, & alia religionis opera facere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Et secundum Esaiam: Irrisor, & non pœnitens est, qui adhuc agit quod pœnitenti opera enim sine charitate, apud Deum nec iusticiam, nec innocentiam præstant. talem tamen pœnitentiam facias, ut per hæc bona, et alia quæ feceris, dignetur dominus cor tuum ad ueram pœnitentiam illustrare. Et facta generali confessione, Confiteor Deo, & cœt. nō absoluat eum à peccatis, sed dicat ei quod non recipiat corpus Christi, quamdiu in peccato cōmisso, uel in uoluntate & proposito iterum cōmittendi manebit. Prouideat tamen quantum poterit, ne in desperationis periculum illum inducat, sicut Iudei Iudam desperare fecerunt. Et quia contraria contrarijs curantur, sacerdos peccatori peccata confitenti & propositum ulterius non peccandi habenti, suadeat & imponat pœnitentiam, & correctionem per contrarium sibi correspondentem. Contra superbiā enim suadeat humilitatem, & iniungat orationem: cōtra auariciam, eleemosynarum affluētiā: contra gulositatem, ciborum abstinentiam & sobrietatem: contra luxuriam, ieiunium, & orationes, peregrinationes, disciplinas, & alias carnis macerationes: imponendo tamen semper iuxta personæ conditionem pœnitentiam quam poterit supportare, ne si forte nimium aggriauetur, grauius peccet, etiam iniunctam pœnitentiam infringendo. Nam secundum Ioannem Chrysostomum: Si erramus modicam pœnitentiam imponendo, melius est, propter misericordiam talem dare, quām propter crudelitatem magnam infringi. Vbi enim pater familiæ largus est, dispensator non debet esse tenax. & secundum Ambrosium: Melius est pœnitentias tales præstare pro misericordia, quām prætendere inclemētia. Imposita ergo sibi pœnitentia, & facta generali confessione secundum confiteor, & cœdicat sic: Iniungo tibi talem pœnitentiam seu satisfactionem pro peccatis, quæ

PROVINCIALIS TREVEREN.

LIII.

ts, que cum contritione confessus es. & ponens manū super caput eius,
dicat: indulgentiā, absolutionē, & remissionē omniō peccatorū tuorū tri-
buat tibi omnipotens & misericors dominus. Et ego auctoritate dñi
nostrī Iesu Christi, & beatorū apostolorū Petri & Pauli, & officij mīhi
comisi, & auctoritate qua fungor, absolu te ab his p̄ctis, quæ cōfessus
es & cōtritus. Et dicat ei, qđ si postmodū reduxerit ad memoriā aliqua
p̄ctū, quæ nō sit confessus, redeat ad eum, ut ea confiteat. Infirmis autem
nō est indicenda p̄cōnitentiā, sed solū innotescenda seu declarāda. dicer
enī sacerdos infirmo, cuius p̄cta audivit; Frater si sanus es, p̄ his pec-
catis quæ cōfessus es, deberes tot annis uel taliter p̄cōnitere: sed quia in-
firmus es, nullā tibi iniungo ad p̄sens p̄cōnitentiā corporalē: si autē de
hac infirmitate te mori contigerit, facias dari tantū pauperibus, uel p̄piā
locis, uel tot Missas celebrari, & similia loco p̄dīcte p̄cōnitētē. Si uero cō-
valueris, talē p̄cōnitentiā facies. & imponens manū sup̄ caput eius, ab-
soluat eū à p̄ctis, prout iā de sano dictū est. Quid si forte infirmus pro
p̄cōnitentiā recipienda, sacerdotē petit, uel aliqua signa p̄cōnitentię ostē-
dit, & priusq; sacerdos ueniat, ille obmutescit uel amens sit, sacerdos
postea ueniens, siue ad nutum infirmi, siue ad testimonium eorū,
q; illum p̄cōnitentiam, uel presbyterū petentē, uel alia signa p̄cōnitētē
faciente audierūt, debet ei impēdere qcquid humanitatis & cōsolatio-
nis potest, absoluendo ipsum, & recōciliando, & oratiōes dicendo, oscu-
lū crucis sibi dando, in cimiterio sepeliēdo, & similia faciendo.

Dēp̄cōnitentiā iniungenda, & inquisitione facienda. Cap. XCV.



Aueat tū sacerdos omnino, ne aut uerbo speciali, ut dicēdor:
ego nō sum fur uel adulter, quasi dicat: tu es talis, uel in gene-
rali ut dicendō sc̄io qualis tu es, aut signo, aut q̄libet alio mo-
do, fauore, odio, uel timore prodat, uel reuelet peccatorem.
Sed si forte sup̄ p̄cōnitentiā p̄ peccato iniungenda dubitauerit, & Episco-
pi uel alterius prudentioris consilio indiguerit, illud caute & generaliter
sub alijs terminis, absq; alicuius p̄sonę expressione requirat. Alioquin
deponetur, & in arctum monasterium, ad agendum ibi perpetuam p̄cō-
nitentiā detrudi debet.

De discretionē medicorum,

Caput XCVI

O ij Medicus

ACTA ET DECRETA SYNODI



Edicis corporum sub pena excommunicationis præcipi-
mus, ut infirmos moneant & inducant, quod ante omnia
medicos aduocent animarum, & postmodum ad corpo-
ralis medicinæ remedium salubrissus procedatur; eis insu-
per sub excommunicationis pena prohibemus, ne pro
corporali salute infirmis suadeant, quod sit in periculum animarum.

De poenitentijs & absolutionibus Caput XCVII.

Llud quoqj notandum est, quod non remittitur peccatum, nisi restituatur uel emendetur ablatum, si restituendi uel eme-
dandi facultas assit; nō vero potest quis uere poenitire, nec
debet à peccato absolui, nec poenitentia sibi indici, nisi pri-
us restituat uel emendet, rapinā, furtum, sacrilegium, incen-
diū, usurā, uel res ex naufragio, uel incēdio habitas, seu quilibet indebl-
tas extorsiones, uel censum retentum, præter voluntatem domini cui
debetur, uel dampna cuicunque contra iustitiam data, & generaliter cu-
iuslibet rei alienę scienter contra iustitiam debitam detentionem. In his
siquidem omnibus & similibus, sacerdos debet præcipere confitenti, ut
statim satisfaciat iuxta posse: & si peccatum fuerit occultum, fieri debet
occulte, per ipsum sacerdotem, uel per aliam fideliē personam, sup-
presso nomine confitentis restitutio seu emendatio. Si autem poenitens
non habet rem, quam restituere debet, nec bona mobilia uel immobi-
lia, unde statim satisfacere possit: uel habet, seu potest, is tamen cui resti-
tutio facienda est, præsens non est, nec esse potest, & confitens apparēs
uere poenitens, & contritus, proponens firmiter cum poterit satisfac-
re, sibi poenitentia iniungatur, & si sit infirmus, præcipiat hæredibus, ut
si mori eum contigerit, de his plene satisfaciant pro eodem.

De restitutionibus in confessionibus faciendis. Caput XCVIII.

Mnes autem poenitens, sanie uel infirmie, qui alijs te-
nentur aliquid restituere, non excusat ut præcipiendo
hæredibus suis, quod restitutionem faciant, uel emen-
dant, nisi ipsum in toto, uel in parte statim restituent uel
emendent, si hoc commode facere possint. Tenetur enim
alienę



alietę rei detentor, & etiam eius hæres ad restitutionem, inquantum illius hæreditas sufficere potest: facienda autem est restitutio domino rei, uel eius hæredibus, si inueniri possint, ab his qui bona huiusmodi habuerunt, seu damna intulerunt, uel hæredibus eorum. Sed si diligenter inquisiti, & congruo tempore expectato non inueniantur, sed qui, & ubi sint ignoratur, tunc cum consilio sacerdotis, res illa in pias causas, præsertim in pauperum sustentationem distribuatur, pro illius anima, cuius fuit, siat, & præcipue distributio in pias causas, & in pauperes illius loci & territorium, in quo res reperta, uel capta, seu damnum datum sunt. Si uero scitur persona, cui est emenda uel restitutio facienda, agit tamen in remotis partibus, nec speratur quod debeat redire, mittatur ei, si fieri possit commode & secure, uel pro eo reseretur. Quod si non uenerit, sed mortuus fuerit, pro anima eius, cum consilio Ecclesiæ, pauperibus erogetur. Ad hæc, si res restituenda modica sit, si nec magni valoris, debet mitti illi expensis detentoris: uel si res, uel summa modica est, & debitor inops sit, ei relinquatur, ut pro anima illius oret. Qui pecuniam aut aliam rem in via alibi inuenit, tenetur eam reddere illi, qd eam perdidit, si eum poterit inuenire. Sed si nescitur cuius fuerit, uel forte scitur, uel inuenire non potest, publicetur hoc per sacerdotes uel praecones, in Ecclesia uel in loco ubi inuenta est. Et si diu expectatus non inuenitur cuius fuerit, errogetur cum consilio Ecclesiæ, pauperibus illius loci, pro illius anima cuius fuit: & si modica sit res uel summa inuenta, & inuenitor egenus, iuxta personę & rei qualitatem sibi concedit potest, ut eam pro eleemosyna sibi retineat, & pro anima cuius fuit, oret. Confessor uero qui debet scienter discernere qdquid habet iudicare, quoniam nemo bene iudicat quod ignorat, noscere debet, quod quando plures in rapinis faciendis simul concurrunt, quilibet a se occupata restituere tenetur: dum tamen in occupatiōibus per alios factis culpabilis nō existat. Si enim culpabilis fuerit, quia forte alii ut rāperent consilium, tunc eius dolo & consilio damnum datum sit in solidū, inquantum facere potest, tenetur, præcipue in foro conscientiæ. Sed & si rapinam passus, aduersus raptiores & consiliarios rapines, accusationes, seu adiutorias suas, ex iusta uel iniusta causa exercere non vult, tamen ei satisfaciendum est, nisi forte ipse spoliatus, raptori, qui primo & principaliter fecerit.

ACTA ET DECRETA SYNODI

& quæ res haberit, liberaliter remiserit: quo casu est consiliarius, qui nihil habuit, liberatus. Sed si consiliarius ad rapinā, passus est absolutus, nō ideo alij ad qā res puerunt liberant, nisi illos expresse intellexerit liberare. Cæterū, si nō dedit quis consiliū de rapina facienda, iuit tamē cum raptore: nō ut ad rapinā quā dissuasit iuaret: sed ut raptorem, ne ab aliquo lædi posset defenderet: tunc si nulla res ablata est, ad nullius rei restitutionē tenetur. Sed si raptor aliqua abstulerit, bene tenetur, qā & si nō consiliū, opem tamen ad rapinam dedit. Quod uerū est, si raptor sine eo res apportare nequivisset, qd si potuisset, iste non tenetur. Si uero raptor nihil abstulit, sed alias damnū intulit, tunc nullo modo tenetur, q rapinā dissuasit, licet ad hoc, ut raptorem defenderet, iuerit. Si tñ raptor nullo modo iuisset, nisi eius habuisset comitatu, bene tenetur. Quia & si uero dissuaserit, opem tñ dedit, & facto consultit. Generaliter autē restitutio facienda est, qualiter cū qz in alterius, cuius interest pjudicium acquisitū sit, puta, quia damnum per iniuriam datum est: ubi uero nullius interest, cū alias illicite acquisitum est, ita qd absq; peccato retinere non potest. Ut sicut aliqui dicunt in his, quæ excommunicatus acqrit, & etiam ubi alicuius interest, nescitur tñ quis, uel ubi ipse, uel eius hæres sit, tunc quidā de consilio confessorum est totum pauperibus erogandum, uel eidam si egeat, ut pmititur relinquendum: facienda est enim restitutio eius, quod qz per furtū, rapinam, oppressionē, dolum, uel calūniam acquisiuit, ut per hos omnes casus comprehendamus, in quibus, siue per accusationes, siue iudicis officio competit repetitio.

Item de restitutionib;.

Dicitur enim quis restituere, quod a steri debitum est, siue iure naturali tantū, quale est illud qd seruo debet: siue iuri ciuili tantū debitum sit, ut si hæres credens hæreditatem ad omnia sufficere, soluit integre legatum, de quo poterat falsidā detrahere, legatarius quidam illud ei restituere tenetur: quis quidam contradicunt pro eo, qd falsidam detrahere, & quum est, super qua equitate lex facta est. Et idem uidetur in eo, qui scripsit se pecuniam spe futurę numerationis debere, qui tamen nihil in ueritate accepit, quia licet biennium post, quod exceptio non numerat pecunias.

¶ pecunia non competit lapsum, sic non tamen tenet in foro conscientia reddere seu dare aliquid illi creditori, ad quod iure civili tenet, propter exceptionem emissam. Itē ypocrita qui sub spe boni Christiani multa quæsiuit, recipiendo in se executiōes testamētorū, uel alias, ea restituere tenet, quæ per fraudem quæsiuit; sed forte non illi qui de dit, qā mercedem suam iam consecutus est, sed faciet sibi amicos de mammona iniqutatis, in pios usus talia conuerrendo.

De eodem.



Ane restituisse seu satisfecisse quis uidetur, qualitercumque satisfecit Ecclesiæ, si re non restituta is, cui restitutio, seu emenda facienda erat, pactionibus minime præcedētibus, ex corde sibi donauit uel remisit, dum tamen sit persona talis quæ donare uel remittere possit, quia satisfacere est ad creditoris uoluntatem facere.

De eodem.



Erum, siis qui ad restitutionem tenetur, euidenter omnino non sic soluendo factus est, tunc iuxta pmissa sufficit contritio cum proposito reddendi, quādo cōmode poterit, quia eius qui nihil habet, nihil periculo esse potest, & Deus cor interrogat, lex autē opera querit. Si autem confessor dubitat, an ille sit adeo pauper, ut diximus, tunc consulat ei ut bonis cedat: quod si fecerit satis est, tunc est eius nota paupertas. Sed & quāuis bonis cedat, nihilominus debet illi iniungere poenitentiā salutarem, quod & facere debet, etiā si plene solueret seu satisfaceret. Talis nāc̄q̄ duos offendit, scilicet Deū qui p̄cipit, Nō furtū facias, In quo om̄is iniusta & illicitā alienē rei occupatio sine acq̄stio prohibet. Quia etiā dixit: diligē proximū tuū sicut temetipsum. & iterū: Nō cōcupisces rē proximi tui. Vnde p transgressione divini præcepti, iniungerit illi poenitentiā salutarem, per quā Deo satisfaciatur. offendit etiā pximū rem illius illicite cōtrahendo, aut sibi quomodolibet iniuriando erogando. Vnde ad restitutionē seu satisfactionē, si faculeas assit, uel nō assit, saltē ad cedendū bonis tenet, & alterū istorū, reliquū non excludit. Vnde noui sufficit restitutio seu satisfactio, uel cessio, nisi poenitentia per quā Deo satisfiat sequatur.

O iiiij.

Sine-

ACTA ET DECRETA SYNODI

Si uero omnino soluendo non est, sed uel in parte, uel in toto soluere potest, non tam en commode & sine periculo sustentationis suæ, aut uxoris, aut familiæ, tunc confessor debet illum ad ueram contritionem & poenitentiam inducere, dicens ei: Fili, restitue quod potes, ut sic penas infernales evites, & cum Deo in cœlis aeternaliter glorieris. Et ponat secundum Augustinum, ante eius oculos iudicium Dei, terreat eius conscientiam, & persuadeat poenitentiam: & si nolit restituere, nec conteni, non potest sibi poenitentia, sed solum consilium iuxta præmissa impendi. Si uero ad contritionem & poenitentiam potest induci, tunc dicat illi, quod statim, uel infra certum tempus, quidquid commode emendare potest, emender, & de reliquo ab eo cui satisfieri debet, uenia postulet humiliter & deuote: quam si obtainere potest, bene est. Alioquin componat seu ordinet cum ipso, ut cum eius uoluntate paulatim singulis annis & mensibus emender quod poterit, donec fuerit plene satisfactum, moderata tamen uita sustentatione sibi & familiæ reseruata. Quod si forte plures sunt, quibus satisfacere uel emendare debet, quorum aliqui dilationem concedere, aut in totum remittere uolunt, alij non: tunc confessor consulat illi, ut ad iudicem fori contentio accedat, qui uocatis omnibus, stabit iudicio maioris partis; haec autem maioritas in hoc casu intelligitur, tam respectu civilis debiti, q[uod] & respectu numeri personarum. Si uero ad omnia paria sint præferenda, quædā erit humanior sententia, scilicet illorum, qui in concedenda dilatione consentiunt, nec quantum ad hoc interesse, inter ypothecarios & chirographarios credidores. Si autem nullam potest misericordiam inuenire, tunc tenetur statim soluere, uel bonis cedere, quia talis peccator semper est in mora, præsertim ubi is cui restitutio, seu emenda fieri debet, multum & periculose eget, lura tamen reis condemnatis quadrim estre tempus ad soluendum concedunt. Vbi autem non est tanta, & tam periculosa creditoris egestas, nec ipse induci potest ad dilationem aliquam concedendam, nec etiam debitor ad statim emendandum & restitendum, sunt qui dicunt, quod tunc sacerdos potest suam conscientiam informare ex eo quod intendit utiliter agere negocium creditoris. Si enim uidet, quod creditor non potest aliter in perpetuum, uel non ita cito, aut non ita commode suum recuperare, potest poenitenti, recepto ab eo iu-

eo iuramento, & alia idonea cautione, si quam præstare potest, moderatam dilationem ad soluendum concedere, & sub conditione, scilicet quod si, hic infra diem statutum adimpluerit absoluere, ut sic creditor sibi debitum recuperet, & ille in desperationem non incidat, quanquam rigor iuris positivi aliud suadeat in hoc casu.

De restitutionibus.



Emini licet furari furi, uel raptori, usurario, uel auaro rem furtiuam uel raptam, ut ipse ex ea eleemosynam faciat, quia non sunt facienda mala, ut eueniant bona; auerter etenim illi facultatem restituendi rem qui ad eam tenetur, nec rapinam seu furtum iustificat, eo quod raptor largas ex iniusta re eleemosynas facit, immo species fortior est uelle de alieno largiri, qui re aliqua sibi ad certum usum recipit commodatam, eam alteri commendo, furtum committit. Sed & creditor, qui re sibi obligata utitur, inscio debitore, committit furtum, quo casu ad estimationem usus, etiam re domino restitura, tenetur. Illud etiam notandum, quod si circa illicie acquisitorum restitutionem ambiguitas oritur, aut si res uel summa, que restitutioni subiacet, magna est, tunc erit nostrum & Episcoporum consilium expectandum. Item adhuc statuimus, quod sacerdos damnata, seu forefacta sibi a confitentibus, ut alijs restituant assignata restituere non differat, nec sibi retinere presumat.

De suspensiis excommunicatis. Caput XCIX.

Illud quoque prætereundum non est, quod qui excommunicatus, uel ab homine suspensus, uel aliter absque titulo Canonico Ecclesiasticum beneficium recipit, si saluati desiderat, omnia inde recepta Ecclesie restituat, & beneficium dimittat, nisi cum eo per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

De guerriniusta. Caput C.

Tem declaramus & denunciamus, quod quicumque dominum tempore, uel aliquem potentem inducit ad guerram iniuste mouendam, uel prædam faciendam, insolidum ad restitutionem tenetur. Cæterum, P. si duo

ACTA ET DECRETA SYNODI

si duo facientes principaliter guerram , pacificantur ad invicem , & damna hincinde data remittant : talis quidem remissio non extenditur ad homines , & subditos eorum , nisi de expresso illorum consensu sit facta remissio . Imo est eis emenda , & restitutio facienda : nam & ab illis non possent ipsi domini guerra non existere , sine rapina extorquere tantundem , uel nisi pax torsu aliter fieri non possit , nam tunc utiliter geratur partis negotium utriusque .

De assessoribus & aduocatis.

Caput CI.



Si sacerdotes quoq[ue] & aduocati incitantes & inducentes ex certa scientia , & contra conscientiam iudicem ad iniuste iudicandum , in solidum ad restitutione in tenentur : quia qui occasionem damni dat , damnum dedisse uidetur . Si uero iudex simplex est , & iudicat secundum conscientiam , deceptus cum consilio assessoris , bona fide electi , qui communiter iustus & peritus credebatur , excusatus est , & assessor tenetur . Etiam iudex & assessor ad restitutionem , si se scienter in peritosse de iudicando & assedendo intromittant , quoniam culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti , & talesm assessorum etiam scienter eligens , in culpa est . Rursus assessor percipiens certū salarium , & ultra illud aliqd extorquēs , ad restitutionē tenetur . Atq[ue] uero interiores officiati & nunci , siue missi , & similes , si certum salariū percipiunt , & ultra illud aliud extorquent , ad restitutionem tenetur . Si uero certum non recipiunt salarium , & ultra debitum modum & loci modum aliquid per vim uel immoderatam improbitatem extorquent , tunc quidem licet ad restitutionem non teneantur , debent tamen tanquam de improbe acquisitione eleemosynas facere . Prohibitus aduocare ut religiosus beneficiatus , & in sacris constitutus , in certis casibus si aduocare præsumit , licet non cogatur salariū ei a quo percepit , restituere , quia eius non interest , ex quo ille in aliqua culpa amissionis causae non fuit , tenetur tamen iuxta sacerdotis consilium illud in piis causas elargiri .

De eodem .

Sicuto



Iuero per cavillationes & malicias suas aduersario aduocatus iustum causam abstulit, uel ipsum grauauit contra conscientiam, allegando seu positionem duplicem, uel captiosam faciendo, uel fallsum testem instruendo, uel clientulum suum ad uerum negandum inducendo, uel litem ex industria protractando, & similia: tunc in solidum illi ad uerum interesse tenerur, quod si propter eius ignorantiam, uel negligentiā, cliētulus suus causam amiserit, tenetur illi non solum salarium extortum, uerū & damnū litis restituere. Nam imperitia, culpe annumeratur. Verū quāquam liceat ei uēdere iustum patrocinium, & iurisperitorum consiliū, pauperi tamen gratis consulere debet, si absq; magno abore & studio respondere possit, ut sicut gratis accepit, & ita gratis det.

De testibus corruptis. Caput CII.



Estis corruptus ad restitutionem damni ei faciendam tenetur, qui propter eius falso testimoniu[m] causam suam amisit. Si uero receperit præmium propter uerum testimonium dicendum, tunc quod percepit, iuxta sacerdotis consilium, in pios usus erogare tenetur. Idem est de iudice recepta pecunia, iustum sententiam proferente. Testis tamen & iudex delegatus, sumptus moderatos, & assessor competens salarium licite recipere potest.

De accusantibus & denunciantibus crimina. Cap. CIII.



Accusatores & denunciatores criminum, hoc calumniose agentes, ad illati damni restitutionem tenentur. Sed & qui ex odio non ex charitate denunciant, uel accusant, peccantur inde agere debent: tales & ad restitutionē non solum pecunia, sive damni, uerum etiam fama, tenentur ne si forte uel per se uel per alios, aliquam cantilenam dixerint, uel libellum famosum scriplerint, seu legerint, uel fama & honori illios detraxerint in locis illi, in quibus sciunt illum fore ex præmissis infamatus est, tuc arbitrio infamati, uel saltē iudicis, se super hoc purget: ueniat super ab eo sup hoc postulares, detractiones siquidē sūr, qui aliorū uitā, mores, famāq; corrupū, q; nō q; aliorū substantias, prediagū diripiunt.

P ij De praulis

ACTA ET DECRETA SYNODI

De pravis constitutionibus contra iura & Euangelia. Caput CIII.

Institutiones quoq; contra salutem animæ editæ, seruantes non sunt, imo conditores eorum, & statutorum iniurorum, que sunt contra ius naturale, quod in lege & in Euangelio continetur, & in Ecclesiasticum præiudicium, & contra Ecclesiasticam libertatem, & eorum consiliarij, & scriptores, & secundum ea iudicantes, & ea obseruantes, & exequentes, ad restitucionem damni ex hoc securi, insolidum, inquitum facere possunt, obligantur. Idemq; est si fiat contra ius positivum, ad pauperes op primendos, & iustitiam impediendam, & insuper leges ipse & statuta, ipso iure non tenent,

De lucris in honestis. Caput CV.

Surarij, & alij in honesta & prohibita lucra exercētes, ad restitucionem eorum tenentur: quicquid autē sorti accidit usura est. Vide scriptum est: mutuum dantes, nihil inde sperantes. Sed nec ab infideli usuras recipere licet. Si quis tamen receperit, satisfaciat inde auctoritate Ecclesie, illis Christianis, à quibus forsitan ille infidelis usuras extorserat, uel quibus est aliter obligatus, uel in eae sacra ad hoc faciendum deponat, & taliter liberatur. Quod si usurarius multa de scōnore lucratus est, de rigore iuris etiam talia lucra restituere tenetur, sicut & fur, & raptor, inter quos enumeratur. Quia tamen qui nimis emungit sanguinem elicit, uidetur nobis prout & sapientibus usum est, in hoc casu sufficere debitori, si sorem & sumptum & moderatum interesse dumtaxat, & non talia lucra omnia recuperet, quia hoc suum repetere cum usuris tantum, tamen est quod post ealem restitucionem, remissionē de talibus lucris ab illo postulaet debitore. Cæterum uxor, filii, & familiares usurarij, furis, & raptoris, de talibus lucris comedentes & induentes, & unde vivant aliunde non habentes, excusari uidentur: si tamen peccato non consentiunt, sed potius illum ad restituendum, & se corrigendum inducunt: quod uerum est, si sit spes uerisimilis de illius correctione, & utuntur cum moderamine tali ut super hoc non subtrahatur illi in totum, & in magna parte restituenda facultas. Sienam nulla sit spes de eius correctione, tunc illi si sunt

sunt eis aliqua bona separata, de eis vivant. Alioquin sibi querant uigilū à consanguineis uel amicis, & potius mendicare debent ostiatim, quam de talibus uiuant: quia potius de beatū omnia mala pati, quam tali & tāto malo consentire. Si aurem uir crudelis, non permittit uxorē de alio comedere, nihilominus tamen uiuat de dote sua seu sponsalitio, si quod haberet: & si non habet hoc, denunciet amicis uel Episcopo, ut illum compescant, quod si nulla monitione compesci poterit, comedat cum cordis dolore potius q̄ fame moriatur, nā & talis necessitas à poena furti excusat. & q̄ cūtius commode poterit, restituat, & ad cautelam penitentiam agat.

De questis & tallijs. Caput CVI,

 Ira questas seu tallias sciendum est, quod si dominus in cōcessione rei suae instituit, quod possit talliare homines & colonos, h̄c licite facere potest, imo colonus de hoc aliquid ex certa scientia retinens, uel subtrahens, uel celans, ad restitutionem tenetur, dum tamen antiqua & solita tallia fiat, & talis etiam quæ sevit & probabiliter creditur quod ab initio ex iusta causa fuerit imposta. Veruntamen si non fuerit dictum quota tallia fiat, sed in concessione rei sicut determinate dictū quod dominus in tali homine uel cassamento, possit talliam facere, intelligendum est de moderata tallia, considerata homini, facultate & cassamenti qualitate. Si vero dominus immoderate extorsit, debet ad restitutionem per sacerdotem induci. Sed si colonus non exactus, tacite uel expresse absq; domini dolo & fraude, aliquid ultra domino offert, dominus gratis recipiēs, restituere non tenetur. Secus tamen est, si uolenter aut minis uel terroribus extorsit. Quod si forte ipse, & eius prædecessores, tot exegerint ab hominibus suis, quod si uenderet quicquid haberet restituere non posset, tunc consulat ei sacerdos, ut remittat hominibus in recompensationem aliquam seruitutem, uel censu aliquos, ad quos ei forte tenetur, uel concedat eis aliquam libertatem, uel cōstruat hospitale, uel aliquid aliud pium agat, cum consensu damna passorum, seu successorum illorum.

De facientibus eleemosynam de alieno. Caput CVII.

P ij Circa

PROVINCIALIS TRVEEREN.



Ita facientes eleemosynam de alieno, seu de illicite acqui-
 sito, uolumus omnes scire, quod si habens alia bona, ad
 restitutionem tenetur. Puto qui habet ex iniusto bello,
 uel ex furto, uel rapina, uel symonia, uel usura, uel ex nau-
 fragio, uel ex iniusto pedagio, uel ex iniustis tallis, uel uis,
 uel metu extortis, sed in ludo causa cupiditatis acquisivit: uel iudex uel
 assessor, seu officialis, aliqua indebita acquisivit. In his quidem & simili-
 bus casibus si sunt notorij quibus quis ad restitutionem tenetur, eleemo-
 syna uel personalis decima a tali dari uel recipi non debet. Si uero ad
 restitutionem non tenetur, pura quia in histriionatu, uel simili-
 bus acquisivit: ex taliter quidem acquisitus eleemosyna, uel perso-
 nalis decima & dari, & recipi possent. Nam licet tales turpiter agant, non
 tamen turpiter recipiunt: sed & nisi ad restitutionem aliquis non tene-
 ture: si tamen ex notorio peccato prouenit, ecclesia recipere non debet,
 ne peccatum approbare videatur. Secus si occultum sit, quamuis prela-
 tus hoc sciat. Regulariter autem qui cuncti ex illicita negociazione uel aliter
 sine calunia aliquid acquirit, quod tamē iuxta premissa restituere non
 tenet, prudenter agit, si illud in pios usus erogat de sui consilio confessoris:
 non damnamus tamen eum, si quis hactenus talia relinquit. De eo uero
 quod restitutioni subiacet, eleemosyna fieri non debet: nam species fur-
 ti est, uelle, ut praediximus, de alieno largiri, nec debet quis male acqui-
 rere, ut bene dispensem. Nam abominabiles sunt hostiae, quae ex scelere
 offeruntur. Religiosi autem, & clerici, administrationem habentes, possunt
 eleemosynam & oblationem facere. Quinimo quicquid eis superest,
 tenetur pauperibus erogare: quoniam quicquid habent clerici paupe-
 rum est, nisi forte suis superioribus, uel ecclesiasticis illud ex debito re-
 stituere teneatur. Dat quoque ratione hoclitate possunt in studio, uel
 peregrinatione, de suorum abbatum, seu praetorium licentia speciali exi-
 stentes. Religiosus tamen claustralis, cuius scimus religionis, proprio ca-
 rentis, nullam administrationem uel officium habens, quia nec proprium,
 nec etiam voluntatem habendi habere debet, eleemosynam uel oblatio-
 nem facere non potest: nisi forte cum abbatis uoluntate de communib-
 us rebus hoc faciat: uel nisi forte hominem ad mortem clurientem ui-
 deat: iunc enim licentia summi abbatis, scilicet Dei, omnia sunt commu-
 nia, id

nia, id est, communicanda. Iuxta illud: Pasce famem mortem, quoniam finis pueris, occidisti. Vxor quoque de rebus paternalibus, id est suis propriis, potest etiam uiro iurico eleemosynas & oblationes facere. Sed & de bonis uiri, & de illius licetia & permissione hec instincte facere potest & debet. Quodcumque de pane, uino, & similibus, que de laudabili & approbato more, quasi ubique ad oxoris dispositionem pertinere solet, euam sine illius expressa, licentia: moderate tamē haec facere potest, informans sibi conscientiam, quia uir eius hoc ratum habere debeat, etiam si aliquando hoc leuiter, aut ad terrorē forte, ne immoderate effundat, prohibuerit. Informans etiam sibi conscientiam ex pauperis qualitate, credens, quod si uir illum videret, id ipsum faceret. Si autē omnino credit hoc uiro displicere, ne caliquo modo ualeat suā conscientiam infotmare, nullatenus cum illius scandalō, debet: quod modo de rebus uiri diximus, id est etiam de dotalibus, quarū maritus dominus est, intelligidebet.

Item de facientibus eleemosynam.



Illiustrias de castrensi, & quasi castrensi peculio, nam quantum ad illa, pater familias censemur, eleemosynam & oblationē licite facere potest: de aduenticio vero, & perfectio, sine patris licetia, uel permissione id agere neque, nisi in casibus illis, in quibus de iure donare potest,

De indulgentiis eundo & redeundo corpore Christi, Cap. CVII.



Vando corpus domini referunt ad infirmū, uel defertur, omnes fideles devote illud flexis genibus, eundo & redeundo adorent. Nos autē omnibus uere penitentiis, ac humiliiter confessis, ipsū corpus Christi associatiis, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus.

De delictis Monachorum, & Monacharum, Caput CIX.



Tem sub pena excommunicationis firmiter inhibemus, en monachi seu moniales pro delictis ab eis commissis prebendis suis priventur, sed in suis monasteriis recipiantur, in quibus puniantur & corriganter, considerata qualitate delicti, secundum regulares obseruantias, & alias prout secundum deum & iustitiam superioribus & pralatis corundē monasteriorum videbitur expedire.

ACTA ET DECRETA SYNODI

De excommunicatione. Caput XC.



Tein cum nullus excommunicari debeat, nisi pro peccato mortali, & contumacia, de qua dubitandum non est, quin mortale peccatum existat, Præcipimus sub poena excommunicationis, quod omnes presbyteri inoneant publice in suis Ecclesiis, & inducant Parrochianos suos, ut cum super excommunicationibus in eos latet fuerint per militarem Ecclesiam absoluti, nihilominus confiteantur & conterantur de peccato contumacij vel inobedientie, pro qua excommunicati fuerunt, hoc enim eis expedit ad salutem.

De ædificijs Religiosorum mendicantium. Caput CXI.

Item sub poena excommunicationis, omnibus religiosis mendicantibus utriusque sexus, cuiuscumque religionis existant, nostra Civitatis, Dicces, & Provincie, firmiter inhibemus, ne extra sua monasteria & claustra, nouas mansiones sibi appropriate, seu noua ædifica ad usus suos construere præsumant, sine nostra & Episcoporum locorum licentia speciali: nisi hoc eis à sede Apostolica specialiter sit indultum, super quo nobis, & locorum ordinarijs fidem facere tencantur.

De decimis noualium. Caput CXII.



Tein cum sicut decime de iure communi, ad Parrochiales Ecclesiæ pertineant, omnem dubitationis scrupulum amouetes declaramus, quod omnium noualium decimæ etiam ad easdem Ecclesiæ Parrochiales pertinent pleno iure. Nullus itaq; hujusmodi noualium decimas, contra voluntatem presbyterorum Parrochialium sibi appropriare seu retinere præsumat, nisi super hoc sedis Apostolice priuilegio sit munitur. Et ut quid sit nouale singulis innotescat, omnes scire uolumus, nouale esse agrum, seu quodcumq; prædi um de nouo ad culturam redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus seu cultura fuerit. Priuilegijs super huiusmodi noualibus religiosis concessis, non de quolibet tali nouali intelligenda creditus fore, sed illo dumtaxat, cuius decimam religiosus potest conuenitus, absq;

tus absq; graui detimento ecclesie parochialis detinere , cum talis si-
sæpe locus incultus, de quo parochialis ecclesia magis pcipit decima-
rum ratione prouentus.

De receptione statutorum, Ca. CXIII.



Tem in uirtute obediætæ omib; suffraganeis nostris, &
eorum uices gerentibus firmiter præcipimus, ut hæc sta-
tuta salubria recipiant infra mensem, & ea in suis synodis
Episcopalibus, uel alias quam primum poterunt, congre-
gatis omnibus ecclesiârum sibi subditarum prelatis & re-
ctoribus ac uicarijs, & personis ecclesiasticis utriusq; sexus, eis publice le-
gere & intimare procurent, ac deinceps annis singulis in perpetuum
in suis synodis eadem statuta prouincialia recommendari faciant ea, ex
abundanti præcipiente, & innouantes in eisdē synodis ab omnibus ob-
seruari. Et insuper omnium ecclesiârum cathedralium, collegiatarum,
& monasteriorum, tam monachorum, quam monialium ac prioratuū
prælati, Abbates & abbatisse, & priores, necnon Archipresbyteratuū
seu decanatuū, Archipresbyteriseu Decani q̄ primū cōmode poterūt,
sub poena excommunicationis copiam de huiusmodi statutis prouin-
cialibus cum suis moderatis expensis recipient, ut de eis rectoribus &
uicarijs ecclesiârum, aut alijs personis ecclesiasticis, præfati Archipresby-
teriseu decani, in suis Archipresbyteratibus & decanatibus fiat copia,
in tantum, quod modis omnibus sub poena prædicta omnes personæ
prædictæ ecclesiastice, nostræ ciuitatis, dicecisis, & prouinciae, eadē sta-
tuta habeant penes se infra instantem nativitatem domini. Et quia di-
latio temporis obliuionem inducit, sub poena excommunicationis latæ
sententie omnibus Archipresbyteris & decanatum decanis, & parro-
chialibus presbyteris præcipimus, ut ijdē decani in suis decanatibus cō-
gregatis omnibus presbyteris suorum decanatum, annis singulis cer-
ta die uel diebus eadē statuta relegantur super eis plenius instruantur.
Presbyteri autem saltem bis in anno statuta eadem integraliter legant,
& videant, in quantum parochianos suos tangunt, & super eis instrui
possunt, ipsa statuta in suis ecclesijs etiam semel in anno una die si fieri
potest, uel pluribus, in uulgari publicent, & exponat, prout melius pote-
runt,

Q

ACTA ET DECRETA SYNODI

runt secundem scientiam a deo eis datam, ut neminē in nostra ciuitate, dice cœsi, & prouincia lateant ea quæ in nostro prouinciali concilio sunt tam salubriter instituta.

De potestate Suffraganeorum. Cap. CXV.

Postremo uenerabilibus fratribus nostris episcopis Suffraganeis nostræ prouinciaz, committimus, cuilibet in sua ciuitate & dice cœsi, plenariam potestatem absoluendam suos subditos, ab omnibus prædictis sententijs per nos lati, si quas incurrerint; ita tamen quod prius satisfecerint de comissione eisdem statutis semper in suo robore duraturis. Item omnibus subditis nostris presbyteris, ciuitatis, dice cœsi, & prouinciaz nostræ Treuerensis uere penitentibus & confessis qui quolibet mente uel sepius unam missam celebrauerint de sancto spirito & alijs personis ecclesiasticis & secularibus preces deo deuotas & orationes & precepit orationem dominicā cum salutatione uirginis gloriose erga deum pia deuotione effuderint, pro statu pacifico imperij & regni & personarum piissimi principis, Charissimi domini & fratris nostri Henrici, dei gratia Romanorū Regis, semper Augusti, et serenissime Augustæ dominæ Margarete felicissime coniugis sue, quem sibi a deo data est & ut deus ipsos & nos ab omnibus aduersis protegat & defendat, progressuque eorum & nostros, ad laudem dei, de virtute in virtute dirigat & prosperari faciat, quadraginta dies quotiens dictam missam celebrauerint, & prædictas preces effuderint de iniunctis sibi penitentijs misericorditer relaxamus. Et hoc presbyteri in suis ecclesijs quamprimum commode poterunt non differant omnibus intimare.

De potestate reseruata Archiepiscopo.

Verius scire uolumus uniuersos, quod nos Baldinus prædictus, Treuerensis Archiepiscopus, nobis super præmissis omnibus et singulis reseruamus potestatem addendi, minuendi, corrigendi, interpretandi, & declarandi, quotiens opus fuerit, & nobis uisum fuerit expedire.

Sequuntur.

PROVINCIALIS TREVEREN.

Seqūntur ex nunc aliquæ additiones, per colende memorie do-
minum Baldeuinum, archiepiscopum Treuerensem, supra dictis statu-
tis, per patentes literas, additæ in modum sequenteim:



Aldeuinus Dei gratia sanctæ Treueren. Ecclesie archi-
episcopus, sacri imperij per Galliam archicellarius,
Universis, & singulis personis, tam ecclesiasticis q̄ secul-
laribus per suas Ciuitates, & dicece. constitutis, Salutē,
& synceram in domino charitatem. Ex credito no-
bis dispensationis officio, curis sollicitamur assiduis, cu-
riosaq̄ inquisitione meditando discurrimus, ut subdi-
torum nostrorum quieti & commodis, in quorū prosperitate utique
prosperamur, iugiter mentis nostræ studijs intendamus, ut & ijde fœ-
lici du. si regimine, præseruentur a noxijs, & opratis semper proficiat
incrementis. Igitur cum nonnulli instigante diabolo in tantam præ-
sumptionis audaciam prorumpat, ut clericos & ecclesiasticas personas
occidere, mutilare, & captiuare, captiuosq; detinere, in sua salutis dispe-
dium, non formident sicut hucusq; pluries, quod dolentes referimus,
dinoscitur perpetratum. Nos tantis periculis cupientes occurtere, &
tam nefarios præsumptores condigna animaduersione ferire, ut
saltem metus poenæ, tales ab huiusmodi præsumptione cohibeant,
& compescant: Statuimus tenore presentium, & ordinamus, si quis
in hoc genus sacrilegij proruperit, quod aliquem clericum pro clero-
ce gerentem in terminis nostræ ciuitatis, uel dicecessis, occidat, mutilet,
uel captiuet, seu etiam detineat captiuatum, quod contra talem occiso-
rem, mutilarem, captiuarrem, & ipsum clericum detinetem, per to-
tum decanatum Christianitatis illius loci, ubi talis occisor, muriſas, seu
captiuans, uel clericum detinens, domicilium habuerit, uel iurisdictio-
nem exercuerit, de iure uel de facto, & etiam per totum decanatum il-
lius loci, ubi talis clericus captiuus, detenus fuerit, & in qualibet
parochiali Ecclesia alterius decanatus, ad quam tales malefactores
declinare contigerit, quamdiu morari ibidē traxerint, & post recessum
eorum, per triduum cessetur, ac statim & sine alia monitione, pe-
nituit a diuinis. Quam quidem cessationis diuinorum sententi-
am, in loca prætracta, ut prætaclum est, ponimus per præsentes,

Q. ij tamdiu

ACTA ET DECRETA SYNODI

tamdiu tenendam & firmiter obseruādam, donec præfatus occisor multas uel captiūas, seu clericū captiuū detinens, satisfactione debita prehabita per nos ipsam meruerit, & obtinuerit relaxare. De qua quidem relaxatione per nostras uel officialium nostrorum literas constare debet. Præterea cum nonnulli peruersi homines interdum alios in prosecutione sui iuris impedire temere molientes, nuncios & portatores litterarum et processuum judicialium occident, mutilet, uel captiuent, uel literas & processus quos deferunt, ipsis auferunt violenter, in ecclesiastice libertatis contumeliam & contemptum. Nos huic morbo pestifero per oppositionem competentium pœnarum mederi uolentes, ut quos timor dei à malo non reuocat, salte pœna coerceat à pœno, & ne quisq; huiusmodi occasione & prosecutione sui iuris & iusticiæ, quam colere summum bonum esse dinoscatur, retrahatur. Statuimus, ordinamus, & uolumus, si deinceps quisquā in talem uesaniam inciderit, quod nunc tium aliquem literas uel processus aliquos iudiciales deferentem, ea occasione occidat, mutilet, uel captiuet, uel literas & processus iudiciales huiusmodi cuiquam nuncio ipsis deferentii auferat violenter, quod talis occidens, mutilans, seu literas & processus violenter auferens, iuxta statuta alias p; nos desuper edita, sententiā majoris excommunicationis incidat ipso facto, & quod contra talem nihilominus sine alia monitione, & sine alio mandato, in terminis parochialis loci ubi præsens fuerit, quamdiu ibidē morā traxerit, & post eius recessum p; tridū cesseatur à diuinis. Quam cessationis diuinorum sententiam, contra tales occisores, mutatores, & captiuatores dictorum nunciorum, literas seu processus iudiciales deferentium, & contra auferentes ipsis literas & processus huiusmodi ferimus, & præsentibus promulgamus. Item quia sæpe continet, ut ex retroactis compemimus, quod bona clericorum decedentium à nonnullis personis quibus nullum ius competit bonis in eisdem, de facto, & per iniuriam occupantur, surripiuntur, & etiam dissipantur, propter quod corundem honorum debita dispositio impeditur. Nos ausus talium bona huiusmodi occupantium, surripientium, & dissipantium, reprimere cupientes, tenore præsentis statuti omnibus & singulis personis tam ecclesiasticis, quam secularibus, cuiuscunq; status, sexus, uel conditionis fuerint, districte, & firmiter inhibemus, ne aliqua bona per aliquem

quem clericum nobis subiectū, cum decesserit, derelicta s. in quibus ius
ipsis nō competit, occupent, subripiant, uel quoquismodo dissipent. Ali-
oquin uolumus & statuimus, si quisquam repertus fuerit, qui contra hoc
nostrum statutum bona aliorum clericorum decedēt, nobis sub-
iectorum, per iniuriam occupauerit, surripuerit, uel dissipauerit, quod
contra talem ipsorum bonorum occupationem, subruptionem, uel dis-
sipationem, in terminis parochialis loci, ubi talis occupans, subripiēs
uel dissipans, præsens fuerit, uel moram traxerit, & post eius recessum
per triduum: & nihilominus in terminis parochijs loci ubi talia bona sic
occupata, surrepta, uel dissipata, actu cōstituta, seu collocata fuerint, uel
ubi deuenerint, cesset eo ipso penitus à diuinis. Quā cessatiōis diuinorū
sententiam contra huiusmodi bona clericorum decedentium, occupa-
tores, surreptores, ac dissipatores, modo quo præsertim tenetendam præ-
sentibus promulgamus. Cæterum cum nonnunquam aliquæ perlóng
religiosæ de religiosis etiam monasteria personis super bonis negotijs
seu iuribus, ad monasteria in quibus huiusmodi personæ deputatæ no-
scuntur, spectantibus suis consanguineis, laicis, uel alijs personis laicali-
bus ipsis fauentibus querimonias facere non pauescant, ex quo eorum
prælati uel confratribus, ac ipsis monasterijs interdum iniurię, damna,
& grauamina non modica inferuntur, præsentis statuti tenore inhibe-
mus districte, ac in virtute sanctæ obedientiæ omnibus personis re-
ligiosis, cuiuscumq; status sexus uel cōditio istuerint, ne sup bonis uel iuri-
bus siue de psonis ad monasteria in quib, degūt, uel receptę fuerint pti-
nētibus, aliquas querimonias faciat alib; psonis laicalib; siue sint orū
cōsanguinei, uel alias amici, per quos dicti eorū prælati uel cōfratres, uel
etiam ipsa monasteria molestari, & dānificari quoq; modo ualeant, uel
grauari. Et si de cætero alicuius personæ religiosa occasione monaste-
rii eiusdem personæ per aliquos laicos siue suos consanguineos, siue alios
amicos aliquæ iniuriæ, uel grauamina illata fuerint, siue dāna: cū non sit
uerisimile, quod inimica huiusmodi religiosa persona talia fierēt, & ob
hoc scrupulo nō careat societatis occulē: uolumus, & statuimus, quod
dicta persona cuius occasione talia grauamina seu dāna ipsi monaste-
rio inferantur, eo ipso de hoc quod querimonias sic inhibitas fecerit, sit
conuictus, & eo ipso etiam talis persona conquerens à uoce & iure capi

Q. in tulari

ACTA ET DECRETA SYNODI

tulari in suo monasterio , sine spe restitutionis per triennium sit suspen-
sa , & ultra hoc nihilominus tanto tempore , quantum ipsius superior
& conuentus arbitrati fuerint , & donec iuxta eorundem superioris et
conuentus moderationem ac arbitrii pro qualitate excessus , fuerit emen-
data . Iterum cum per importunitatem potentium , monasteria tam mo-
nachorum quam monialium , nobis subiecta , ait receptione aliquarum
personarum praebendis nondum uacantibus , ut profacti exigen-
tiam didicimus , interdum nimium prægrauentur : inhibemus & singu-
lis conuentibus nobis subditis , tam monachorum , quam monialium , &
singularibus personis eorundem , ne aliquas praebendas de cætero ali-
quibus personis conferant , nisi actu sint uacantes : & ne aliquas ploras
sub expectatione futurarum praebendarum recipient , seu aliquas pro-
missiones faciant de ipsis praebendis aliquibus personis , cu[m] uacauerint ,
conferendis : & ne aliquas etiam petitiones super futuris praebendis ad-
mittant , uel quod admittantur , censentiant , diuisi uel cōmuniuerit quo-
uismodo . Alioquin singulares personas de conuentibus huic nostro sta-
tuto non obtemperantes , excommunicationis : conuentus uero suspen-
sionis sententias incurere uolumus ipso facto . Itē quia in teleximus q[uod]
non nulli ex inordinato affecto , & non ob Dei suorumue sanctorū ve-
nerationē , quorundam sanctorū festa , quæ nec Romana ecclesia , nec nos
uel clerus aut populus nostræ civitatis & diocece . specialiter et celebriter
veneranda duxerūt , ita q[uod]d in ipsis festis ab operibus mechanicis , qui-
bus conqueritur uitius , cessetur , præsumat indicere , ac pro celebribus
festis eoli mandare . Vnde in uirtute sanctæ obedientie districte duxi
mus prohibendum , ne quis de cætero prælatus , uel alius cuiuscunq[ue] sta-
tus , præminentia uel conditionis existat , nobis subiectus , huiusmodi
sanctorum festa , in quibus homines ut plurimum , quod cordialiter no-
bis d[icitur] sciplicet , se non diuino cultu ut deberent , sed voluptati & ocio -
sitati , quæ hostis antiquæ arma fore noscuntur , præbere student , qua-
cunq[ue] occasione uel causa , indicere uel coli , mandare præsumat . Saluis
ijs sanctorum festis , quæ ab antiquo hucusq[ue] fuerint in suis locis pro fe-
stiis celebribus obseruata . Datum Treuer . Anno domini millesi-
mo , trecentesimo trigesimonoно . Die prima mēsis Iunij ,

Baldeui-



Alduinus Dei gratia, sanctæ Treverensis Ecclesiæ
 archiepiscopus, &c. Vniuersis abbatis, priori-
 bus, ac alijs personis monasteriorū ordinis seu re-
 ligionis sancti Benedicti, per suas ciuitates & dio-
 ceses, consistentium, in Christo sibi dilectis, Salutem
 & Synceram in domino charitatem. Inter cæteras
 sollicitudines nostris humeris incumbentes, illud
 potissimum incidet cordi nostro, sacra religio, quam & plantare, plan-
 tataq[ue] souere, ex iniuncto nobis officio utiq[ue] tenemur, in divini cultus
 obsequio ac morum honestati candore præfulgeat, necnō regulari di-
 sciplina, ac alijs spiritualibus ac deuotis actibus rutileat, nec decrescat,
 sed ipsa religio in ihs & alijs ad conseruationem & statum eiusdem per-
 tinentibus, debitum & salubre recipiat incrementum. Sane licet pro se
 lici & salubri dicti nostri ordinis seu religionis statu ipsiusq[ue] attinentijs
 tam almorum patrum, quam canoniarum sanctionum diversa & q[ue]
 plurima, non sine magna maturitate digesta, manauerint instituta.
 Nonnulli tamen ex nobis, quod dolenter referimus, in obseruatione re-
 gularis disciplinæ ac statutorum huiusmodi, se exhibuerunt, ut intelle-
 xiimus, hactenus quamplurimum negligentes. Aliquenam contra sub-
 stantiam monachatus proprium seu peculum sine superioris sui licen-
 tia habere, tenere, & de ipso pro suo libito disponere non formidant.
 Aliq[ue] etiā laxatis honestatis habenis, in caligis diuersorū colorū mixtis,
 & calceis bassis admodum laicorum, necnon in habitu dicte religioni
 minime cōuenienti incedere presumunt, & qui tamē debet esse in suis clau-
 stris iuxta regularia statuta diuinis inuigilare obsequijs. Huiusmodi clau-
 stra abhorrentes, per uicos et plateas, & ad loca alia in honesta & suspe-
 cta discurrere nō uerentur. Aliq[ue] etiā abiecta monachali modestia cū ip-
 sos extra monasteriū eorū itinerare cōtingit, ornamētis superfluis, nec
 nō pileis altis et strictis diuersorū colorū uti presumunt, ad instar omnio se-
 culariū psonarū: aliaq[ue] plura et uaria in hōesta ipsis ac eorū statui, et p[ro]di-
 cto ipsorū ordini et religiōi nō modicū derogātia, cōtra obseruatiā re-
 gularis disciplinæ dicti ordis, ac eorū canonū statuta cōmittere nō paue-
 scunt, in diuinę maiestatis, cui se totaliē dedicarūt, offēsā religiōis op[er]is
 et scādalū pluriorū. Nosigit cōfiderātes si ista sub q[ua]dū dissimulatiōe trāsi-
 Q. iii. re permit-

ACTA ET DECRETA SYNODI

sire permetteremus, quod ex hoc maior in posterū præstaretur securitas delinquendi. Cupientesq; ijs in quantum possibile fuerit, occurere remedij oportunis, uobis omnibus & singulis firmiter & distrie, ac in uirtute sancte obedientie præcipimus & mandamus ac uolumus, ut a præmissis & quibuslibet alijs illicitis nec non uobis tam regularia, quam canonica instituta inhibitis, penitus abstineatis. Quodq; sacras constitutiones pro cōseruatione ac reformatione dictæ nostræ religionis ac nostri status editas, & specialiter ea que pro felicis recordationis dominum Innocentium papam tertium in cōstitutione que incipit: Cum ad monasterium posita extra de statu regulariū, & per pie recordationis dominum Clementem papam quintum, in cōstitutione posita eodem titulo in Clemen. que incipit: Ne in agro dominico, & per sanctissimum in Christo patrem ac dominum, dominum Benedictum, nunc sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summum pontificem, in suis constitutionibus de novo editis salubriter sunt statuta: studeatis cum integritate firmiter obseruare: & ne aliquis uestrum dictorum statutorum & contentorum in eis ignorantia pretendere ualeat, uel excusationem aliquam allegate. Voluimus & mandamus uobis Abbatibus, Prioribus, ac alijs prædicti nostri ordinis, ad quos correctio personarum dicti uestri ordinis mediata uel immediaua pertinet, uel pertinere potuerit, uniuersis, ut quibuslibet quatuor temporibus quolibet anno huiusmodi statuta faciatis in domibus uestris capitularibus, omnibus & singulis uestris cōmonachis ibidem præsentibus ac auscultantibus, impuberibus duntaxat exceptis, publice legi & solemniter publicari. Quodq; uos in super Abbates, priores, & alijs ad quos correctio personarum alicuius monasterij dicti uestri ordinis pertinere dinoscitur, ad eadem monasteria uos locis & temporibus congruis & opportunis personaliter transferentes, uigilem curam & diligentem sollicitudinem ipsorum monasteriorum & personarum eorumdem gerere studeatis: corrigentes & reformantes in præmissis & alijs omnibus, que reformationis & correctionis officio uideritis indigere. Quodq; personas uniuersas dicti nostri ordinis uobis subditas, ab illicitis & ueritatis cohibentes, ad obseruationem prædictorum statutorum, & regularis discipline, prout ad quemlibet uestrum pertinuerit, cohercetis, ac peccatis & remedij competentibus compellatis. Cum non solū offensa

offensa propria, sed etiā aliena de prælatorum manibus requirat. Alioquin si in iis quoquam modo negligētes fueritis, uel remissi, tam contra uos quam personas uobis subditas excedentes, per penas spirituales & temporales, prout nobis uisum fuerit expedire, procedemus. Datum Treueris, Anno domini millesimo trigintēcimo tricesimo octauo, die octa uo mensis Aprilis.



OS Baldevinus dei gratias sancte Treuerensi Eccle siae Archiepiscopus &c. Stauimus & ordinamus, ut clerici quicunque nostræ ciuitatis & dicentis Treuerensis, decenter incedant in habitu, calcis, caligis, corona, & tonsura clericali, & ne quis canonicus aut beneficiatus, uel etiam quicunque existens in sacris ordinibus, post mensem computandam a die publicationis presentium, vestimentis uel capucis uratur, quibus manice uel fimbriæ uel aliæ extremitates, seu scissuræ vestimentorum vel caputiorum cum eisdem uestimentis uel caputijs notabiliter in colore discordet, & specialiter de capucis ne auro uel argento uel alijs quibuscunque appositionibus a pan no diuersis componantur, uel scandantur, uel vuardococijs cum longis manicis ultra brachium procedentibus utantur. Item predictis personis vuardococia seu tunicas superiores nimis breues aut strictas penitus interdicimus. Sed volumus & eisdem precepimus, ut de cetero utantur vuardococijs, & tunicas superioribus saltē ultra medietatem suræ seu musculi cruris procedentibus: per hoc tamen eis non interdicimus, quin in equitâdo uestimentis breuioribus uti possunt. Item prohibemus ne quis de predictis personis ciactus super uestem superiorem, incedat ullo modo nisi cum in itinere fuerint uel se ad iter preparauerint causa proficisciendit: aut capillos capitis sui deferat disiunctos seu diuisos in medio frontis, seu etiam nimis longos. Item dicitis canoniciis & clericis prohibemus & interdicimus tunicas superiores nodos habentes a tunicis huiusmodi superiori, in colore discrepantes & maxie ante pectus & in alijs locis clericis inconsuetis. Si quis uero contra præmissa aut aliquod præmissorum uenire presumperit, si canonicus fuerit, eo ipso sit suspensus à perceptione distributionum quæ in choro diuiduntur: &

R si uo-

ACTA ET DECRETA SYNODI

Si uocem habuerit in capitulo, etiam ipsa uoce careat ipso facto, nec ex tunc ad tractatus capitulares admittatur, nec sibi de distributionibus quicquam detur, nisi prius per nos ad praemissa fuerit restitutus. Officiatus uero qui tali ante nostram restitutionem distributiones chorisciēter dare præsumperit, similiter uoce capitulari, si canonicus fuerit, careat ipso facto. Si uero alter beneficiatus fuerit, à perceptiōe fructuum sui beneficij eo ipso sit suspensus. Verum si pastor, vicepastor, vicarius, seu rector alicuius parochialis ecclesie, altaris, uel capellæ, contra praemissuel aliquid præmissorū uenire præsumperit, similiter à perceptione fructuum sui beneficij eo ipso sit suspensus, nec se ex tunc de huiusmodi fructibus intromittat, nisi de nostra licetia speciali. Et si fructus beneficiorum excedentium in praemissis, ob aliquam aliam causam fuerint sequestrati, huiusmodi sequestris relaxari nolumus, neq; tolli, nisi in ipsa relaxationis litera, de praedictis, suspensione fructuum, & restitutione nostra, ad eosdem specialis mentio habeatur. Item inhibemus omnibus & singulis rectoribus, seu pastoribus parochialiū ecclesiārum, ne aliquos præsentent ad uicarias perpetuas suarū ecclesiārum, nisi consensus patronorum earundem ecclesiārum ad id acedat. Et ne archidiaconi nobis subditi, aut eorum officiales, eos admittant ad huiusmodi ecclesiās, uel eos instituant in eisdem, nisi eis prius constituit per patentes literas ipsorum patronorum de consensu huiusmodi, & quod ipsarum ecclesiārum redditus & prouentus, ad quas sic præsentati fuerint, sufficiant ad sustentationem congruam. Rectoribus seu pastoribus, & uicariis supradictis, si fortassis ipsoscōtingat in huiusmodi beneficij simul facere residenti personalem. Alioquin si a quoquā secus actum fuerit, uel attentatum quomodolibet, decernimus irritum & inane. Præterea quia nonnulli ecclesiārum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum patroni, ad uacantib; ipsiis ecclesiās, seu beneficia, quæ tantū actu sacerdotibus uel promouēdis infra annum conferri debet, nonnunquā minores annis uel alias omnino inhabiles præsentat per sonas, uel etiam quandoq; loco talum minorum conficto quadam uelamine præsentant presbyteros aliquos, seu personas alias idoneas archidiacono seu eorū officiali instituēdis in beneficij memoratis: Nos fraudi huiusmodi cupientes in quantum possumus remedium adhibe-

re, præ-

re, prædictis Archidiaconis, & eorum officialibus ac quibuscumq[ue] alijs
 personis ecclesiasticis, quorū interest, sub pena suspensionis officij sui,
 districtius inhibemus, ne aliquos tales iſſos præsentatores admittant,
 vel institutā insciēter ad beneficia memoratā, & ut fraudibus talium
 plenius obvietur, statuimus, & uolumus q[uod] Archidiaconi seu officiales
 prædictis specialiter à quibuscumq[ue] personis iſſis præsentatis ante admissionem
 uel institutionem ipsorum, ad beneficia prætacta exigant,
 & recipient corporalia ipsorum iuramenta, quod iſſi uere et non fi-
 cie ac nulla conditione, pacto, seu promisso interueniente, & siue spe
 aliqua facta uel facienda cuiquam de beneficijs iſſis resignādis suis pa-
 tronis, successu temporis iſſis archidiaconis, seu officialibus, sint ad hu-
 iusmodi beneficia præsentati: alioquin si secus actum fuerit, admissioes
 & institutiones ut sic factas irritas & inaries esse, dictisq[ue] præsentatores
 suspensos a beneficijs & officijs decanimus ipso facto. Item ordinam-
 us, & districtie præcipimus obseruari in nostra cathedrali ecclesia, &
 singulis collegiatis ecclesiis nobis subiectis, quod singulis diebus prima
 decanat, martyrologium lectum fuerit, pronuntietur anniversariū
 defunctorum quod sequenti die fuerit peragendum, & summa pecu-
 nia pro huiusmodi anniversario intercessentibus vigilijs & missis di-
 uidenda. Item statuimus & ordinamus, quod canonici & uicarij eccl[esi]e
 nostræ Treuer. & aliatum ecclesiarum nobis subiectarum, ad horas
 canonicas, vigilias pro defunctis, & missas, debito tempore secundum
 statuta & ordinationes suarum ecclesiarum, intrent chorū, & iſſis ho-
 ris intersint, eo tempore, quo distributiones chori fuerint diuidendas:
 Quae nulla ordinatione, statuto, siue pacto obstante, tantum inter præ-
 sentes, ibi tunc canonicos & uicarios, iuxta consuetudines ipsarum ec-
 cl[esi]arum, n[on] choro, & non extra chorū, diuidi & dari uolumus &
 præcipimus per officiatoris, qui ad hoc fuerint deputati: exceptis il-
 lis canonicij & uicarij, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis ne-
 cessitas corporalis, aut euidentis eccl[esi]e utilitas excusaret. Inhi-
 bemus etiā districtius præfatis officiis aliquas distributiones occasio-
 ne collectionis reddituum seu cœsuum suarum ecclesiarum sibi usurpent, dū nō
 interfuerit diuinis officijs, in quibus diuidēd[ur] sūt huiusmodi distributiones.

R. ij Et quia

ACTA ET DECRETA SYNODI

Ec quia nonnulli plus temporalem solent poenam quam spiritualē seu ecclesiasticas sententias, quod dolenter referimus, formidare, & ut sic frequenter ad subditorum noxam tendit, quod ipsis ad remedium est prouisum, sententias excommunicationis in alijs statutis nostris, super praemissis, & eorū occasione per nos editis prolatas, ne subditi nostri eidem sententijs, prout haclenius fieri est compertum, damnabiliter se inuoluant, decernimus reuocandas, & presentibus reuocamus. Nolumus tamen illos qui dictis nostris sententijs, seu canonis, iam ligati no scuntur, per huiusmodi absolutionem esse absolutos. Sed quod ab eisdē sententijs per nos, uel per nostros in hac parte uices gerentes, obtineant specialiter se absoluī. Præterea ut praemissa omnia & singula obseruentur, ne aliquis ab eorum obseruatione prætextu ignorantie pos sit excusare, Præcipimus omnibus & singulis decanis nobis subditis, ut eorum copiam recipiant infra mensēm, ab officiis nostris Treue, siue Confluen, & ea suis subditis publicent, & diligenter faciant obseruari, si ipsi decani poenam canonicam, & nostram uoluerint euitare. Datum Treuer. Anno domini, millesimo tricentesimo tricessimo septimo. Die uicesima mensis Maij,



ALDVINVS Dei gratia, &cete. Vniuersis preatis, præpositis, archidiaconis, decanis, scholasticis, necnon clericis alijs beneficiatis, & in sacris ordinibus constitutis, suarū ciuitatis & dicecessis quicunq; in Christo sibi dilectis, Salutem & synceam in domino Charitatē. Licet curis nobis uniusq; affluentibus sollicitemur in numeris, ad illa tamē intuitum nostrā considerationis dirigimus intentius, per quæ actus & mores clericorum, quorum uita & conuersatio alliorū sunt norma & exempla, in melius reformatur, sane iam dudum pro reformatione actuū, & morum clericorum nostrarum ciuitatis & dicecessis Treuer. ac honesta conuersatione eorundem, quæ interioris mentis est indicium, nōnulla statuta salubria, & sacris canonibus fulcita, duximus publice promulganda, statuendo uidelicet, quod clerici quicunq; nostrarum ciuitatis et dicecessis Treueren, decenter incederent in habitu, calceis,

tu, calcis, caligis, corona, & tonsura clericali. Quodq; nullus canonicius aut beneficiatus, uel etiam quiscumq; clericus in sacris ordinibus existens, uestimentis uel capucijs utentur, quibus manicæ uel fimbriæ aut aliæ extremitates uel scissuræ uestimentorum uel capuciorum, cum eisdem uestimentis seu capucijs in colore notabiliter disordarent, & speci aliter ne capucia auro uel argento, uel alijs quibuscumq; appositionibus a panno diuersis, componerentur, seu scinderentur: & ne etiam vuardecocijs cum longis manicis, maxime ultra brachium procedentibus, uterentur, & quod vuardecocia seu tunicas superiores breues, aut strictas nimium non haberent: sed quod vuardecocijs & tunicis superioribus saltem ultra medietatem suræ, seu musculi cruris procedentibus uterentur. Quodq; insuper cincti super uestem superior em non incederent, nisi dum se ad iter præpararent, uel essent in itinere constituti: & quod capillos disiunctos in medio frontis, aut longos nimis nō deferent: quod dicti etiam canonici & clerici, in tunicis superioribus nondosa panno tunicarū in colore discrepantes, non deserēt, maxime ante pectus & locis alijs clericis inconsuetis. Alioquin contrarium facientes, certis poenis artati præcipimus & constringi. Statuimus etiam, & ordinamus nonnulla alia, statum, salutem, ac honestatem dñorum clericorū respicientia, prout in eisdem statutis per nos editis & solemniter publicatis, uideri poterunt plenius contineri. Verum nonnulli ex prædictis canoniciis clericis præacta nostra statuta quamvis ipsis salubria, paruipendentes eadē, prout per facti experientiam didicimus, obseruare hactenus minime curauerunt. Igitur nos considerantes et attendentes, quod id solum bene agitur, si errantium hominum vita corrigitur, ac uolentes in ihs negligentium de seculum ulteriori executione supplere, Vobis & cuilibet uestrum præcipimus & mādamus, quatenus prædicta nostra statuta in omnibus & singulis suis Capitulis, prout per nos edita sunt, & prout quemlibet uestrum respiciunt, uel contingere possunt, studeatis firmiter obseruare, quodq; uos prelati, præpositi, archidiaconi, decani, & scholastici, & quilibet uestrum canonicos & alios clericos uobis immedie subiectos, ad hoc teneatis, coherceatis, necnon iujs & modis, ac penis competentibus potissimum in dictis nostris statutis comprehensis, inducatis, ut eadem nostra statuta

ACTA ET DECRETA SYNODI

ipsorum salutem ac bonum respicientia, teneant & obseruant. Alioquin tam contra nos, quam dictos canonicos & clericos uobis subditos, ac dictorum nostrorum statutorum transgressores per poenam spirituales & temporales, prout opportunum nobis uisum fuerit, procedemus. Praeterea cum in tantum quorundam processerit ambitio, ut plures dignitates, personatus, seu ecclesias parochiales, curam animarum habentes, contra sacrorum canonum instituta recipere, & receptas illucire detinere non formidet: & cum unius officium uix implere sufficiant, sibi stipendia plurimorum recipiunt, Nos huic morbo, quamuis alias per sacros canones super hoc sufficienter prouisum existat, cura ulteriorum tamen executione occurrere cupientes, statuimus, ordinamus, ac praecipimus in uiolabilitate obseruari, quod quicunq; duas, uel plures personatus, dignitates, seu ecclesias parochiales, actu curam animarum habentes, sine dispensatione legitima, & contra constitutionem recollectae memorie, domini Ioan. Papæ uigesimali secundi, super hoc prolatam, quæ incipit: Execrabilis qui tenuerit, easdem dignitates, personatus, uel ecclesias, infra mensem à publicatione presentium computandum, in manibus superiorum regnent effectualiter, & dimittant, Regressum ad eisdem dignitates, personatus, uel ecclesias, seu aliquam eorum, seu earum, sine noua presentatione uel collocatione, minime habituris. Aloquin ipsos ad hoc faciendum per poenas canonicas, & prout opportunum nobis uisum fuerit, compellemus. Et ut inani huiusmodi dignitatum, personarum, & ecclesiarum multitudini, quas quidam per ambitionis uitium recipere non formidant: quæ quidem multitudo canonibus inimica, materiam dissolutionis & euagationis inducit, certuq; continet periculum animatum, opportunus occurrit, statuimus, et ordinamus, quod si aliquis habens aliquam parochialem, ad aliam fuerit presentatus, ad tertiam seu aliâ nullatenus inuestiatur uel admittatur, nisi prius in presentia eorundem iure et solemniter, & promittat, quod postquam possessionem, uel quasi illius ecclesie, ad quam secundo praesentatus fuerit, pacifice fuerit adeptus, primam ecclesiam dimittat realiter, & resignet. Volumus etiam & statuimus, quod si aliquis duas uel plures habens ecclesias, & eas sine dispensatione canonica, contra predictam constitutionem, execrabiliter tenens, ad tertiam seu aliam fuerit praesenta-

sentatus, quod ille sic præsentatus, ad tertiam seu aliam, nullatenus inuestiatur, uel admittatur ad eam, nisi prius illas ecclesiæ, quas priue contra constitutiones canonicas tenait, & per quorum detentionem, ad alias se inhabilem reddidit, effectualiter & realiter dimiserit, ac se habilitari ad alia beneficia consequenda per superiorem, ad quem hoc pertinuerit, procuraret: quod si secus per quenquam Archidiaconum nostrarum ciuitatum, uel diceces, seu aliquem alium, ad quem ius inuestiendi pertinuerit, factum fuerit, id ex nunc decernimus irritum & inane: & nihilominus contra ipsos hoc præsens nostrum statutum nonseruantes, per pœnas canonicas procedemus. Per præmissa autem quæ ad prædicti clericis correctionem & emendationem excessuum, qui in ipso ut communius irrepererant, specialiter statuenda prouidimus veniendo contra salutem sacerdotum canonum, uel etiam nostri concilij Treuensis, instituta, habenas sibi non intelligat esse laxatas: iimo eadem statuta prout salubriter instituta noscuntur, per universum clerum nobis subiectū, uolumus cum omni obedientia & reverentia firmiter obseruari. Datū Treu. An. M. CCC. xxxviiij. die viij. mensis Aprilis.

Sequitur statutum Mauricianum.

BALDVINVS Dei gratia, &c. Ad perpetuā rei memoriā. Dudū, quod dolentes referimus, abolēdē cōsuetudinis de nouo in nostram deducti noticiam, in diuinorū obsequiorum diminutionem, cleri opprobriū, & ecclesiastarum non modicum detrimentum, uergens morbus irep̄hit: Quod uidelicet quarundam ecclesiastarum nostræ diceces, decani, & capitula, necnon clerus & ministri earundem, sub prætextu & occasione feriarum, ob necessitates hominum a iure & a sanctis patribus indultorum, a festo beati Mauricij, continue usq; ad festum omnium sanctorum, singulis annis, nec choros ad psallendum altissimo frequētare, nec diuinis curant officijs interesse: Propter quod etiam nouelli scholares et alij doctrinis scholasticis imbuēdi, lascivie di opportunitate assumpta, quasi licet incipiūt, nec desinūt durāti huiusmodi tēpore euagari. Cū igitur peruersitatibus hominum, qui nec sciunt a ueritatis, & prohibitis abstinere, nec debito mō gaudere cōcessis, nō sit aliquatenus indulgedū, at fēdētes q̄q; q̄ error cui nō resistitur approbari uide.

Nos

ACTA ET DECRETA SYNODI

Nos ex cōmisso nobis pastoralis officij regimie, huiusmodi peruersitatem orbū nostris temporibus penitus exulari, & exterminari uotis acentibus cupientes, de liberatione matura p̄tē habitā statuendum duximus & statuitus in ijs scriptis: Quod de cætero anno quolibet decanis ecclesiarum de consilio capitulorum suorum, aut capitulū representantium, qualitate temporum, & maturitate uindemiarum considerent attentius tempus huiusmodi feriarū, quo ad hoc duntaxat ut clerici ipsarum ecclesiarum ipſis ferijs gaudere ualeat, pro uinis colligendis, aprius, & congruentius uno anno prius, altero autem tardius, iuxta exigentiam uindemiarum & temporum, in quo uina colligenda ipſis ecclesijs a prope situata uix possint recolligi, torqueri, & usari, cirtus & breuius, quo fieri poterit, moderentur, statuāt, limitent, & inducāt. Hoc statuto nihilominus in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pena, uniuersis & singulis, quos hoc præsens nostrum statutū concernere aut tangere poterit, districtius inhibentes, ne quisquam citra uel ultra tempus per decanos ecclesiarum pro uindemiarū ferijs ut præmittitur moderandum, & limitandum ab ecclesiā sua absesse, & chorūm, & diuinis officiis non frequentare, seu se a diuinis officijs, & horis canoniceis absentare occasione feriarū, aut occupatione uinorum quovis modo præsumat: nisi super hoc à nobis, aut à nostrarum curiarum Treuerenſis, & Confluen. officiis aut a decano proprio imperata licentia portiatur. Sed omnes unanimiter studeāt, sicut alij temporibus, diuinis officijs interesse, & pueri scholasticis infistere disciplinis. Quod si quis decanorum predicatorum inductionem & limitationem feriarum huiusmodi obmitteret, aut qui uis alter clericus præmisitorum, contrarium faceret contra præsens nostrum rationabile & salubre statutum temere ueniendo, se per tres menses integros a perceptione fructuum sui beneficii, quod indebitē suis defraudatur obsequiis, nouerit auctoritate huiusmodi statuti, ipso factiore suspensum, fructibus huiusmodi suspensionis tempore prouenientibus ad usus pios per nos & nostros in hac parte cōmissarios, prout expedire uisum fuerit, conuertendum: nec possit aliquis huiusmodi suspensionis sententiā tolere, nisi nos & nostri peciales commissarii in hac parte. Idem quoq; per omnia, & quo ad moderationem et inductionem feriarum gratia, messū

messium colligendarum, & quoad monasteria quorumlibet ordinum nobis subiecta, ne in eis circa præmissa, aut eis similia, fiat excessus, uolumus & præcipimus inuiolabiliter obseruari. Consuetudine contraria, quæ in hac parte potius dicenda est corruptela, aliquatenus nō obstante. In quorum omnium evidentiam, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Berengastell, die xvi. mensis Septembris. Anno domini M. CCC. XLiiij.

Quia non recipient ultra dimidiā marcam pro inuesturis.



Alduinus Dei gratia, sanctæ Treueri ecclesiæ archiepiscopus, & ceteri. Ad perpetuā rei memoriam. Quoniam frequentibus ad aures nostras clamoribus est delatum, nonnullos nostrarum ciuitatis & diœcesis Treveren, prælatos, ut pote abbates, archidiaconos, præpositos, & alios, qui sibi in aliquibus ecclesiis ius inuestiendi uendicat, in exigendo & recipiendo pro inuestituris ecclesiarum, in quibus, ut præmittitur, sibi huiusmodi ius uendicant a præsentatis & admisis, seu admittendis, ad easdem adeo esse onerosos & graues, quod ex immoderata, exactione & receptione eorundem, admissi seu admittendi ad ipsas ecclesiias nimium prægrauantur, Deus offenditur, & graue scandalum in Dei ecclesia generatur. Hinc est, quod nos, prout nostro pastorali incubit officio circa præmissa, quæ salua conscientia, amplius tolerare non possumus, de oportuno prouidere remedio cupientes, deliberatione diligenti super his matura præhabita, præsenti statuto in uirtute sanctæ obedientiæ districtius prohibemus, ne quis prælatorum prætactorum, aut qui uis alius, ius inuestiendi sibi uendicans, pro inuestitura præsenti, admisi, seu admittendi, ad quamvis ecclesiā, capellam, uel altare, siue in ipsa inuestitura, siue ante uel post, ultra dimidiā marcam argenti puri, seu ultra eius estimationem in pecunia, uel alia re quacunque, etiā si sponte offerretur, de cætero per se, alium, uel alios, quo uis modo recipere audeat uel præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, sententiam excommunicationis ipso facto se nouerit incursum, nec ex inuestitura huiusmodi ipsi inuestito seu inuestiendo, de ecclesia, capella, uel altari, ius aliquod requiratur. Hanc etiam necessariam constitutionem, ad

S prætactor-

ACTA ET DECRETA SYNODI

prælatorum prelaturi officiales, seu eorum in hac parte vices gerentes, si ultra prædictum taxum pro ecclesiarum, capellarum, aut altarium inuestituris receperint, ac admissos seu admittendos ad ecclesiastas huiusmodi, si ultra eundem taxum pro inuestituris huiusmodi dare per se uel per alium, uel per alios præsumplerint, duximus extendendam. Porro cum per præsens nostrum statutum immoderatam dictorum prælatorum, eorumque officialium & vices gerentium receptionem, & inuestitorum seu inuestiendorum dationem reprimere, prout expedire uidi mus, extendamus. Per hoc tamen dicti prelati eorumque officiales, seu vices gerentes, quod ratione inuestiturum huiusmodi recipere, & ipsi inuestiti seu inuestiendi, dare prætaxata summam, aut etiam infra eam quomodolibet ualeant, facultatem sibi non estimant esse concessa, nec credant sibi alias hoc de iure licere, cum recipi uel dari aliquid in hoc casu, etiam obtentu cuiuscunq; consuetudinis, que in hac parte potius corruptela dicenda existit, sacre districtius prohibeant sanctiones. Nulli igitur nobis subjectorum liceat hoc præsens nostrum statutum infringere, uel ei aulu temerario quolibet contraire Datum. Treueris, die x. mensis Octobris, Anno domini millesimo, tricentesimo, quadringesimo quarto.

Sequuntur capitula & puncta statutorum, revocata per commissarios ad hoc deputatos.

De sacramentali signo. Caput CXVII.

 Item cum ante sacramentale signū, quod per manus impositionem imprimitur & confertur, nullus secundum beatum Isidorum dici debeat de sorte domini, Item sub pena excommunicationis latæ sententiæ firmiter præcipiendo mandamus, Ut nullus de ciuitate, diœcesi, & prouincia Treuerensi, sicutum clericale seu clericalem tonsuram, per quam, secundum ueriorem sententiam, ordo clericalis confertur, deferat, seu sibi radi faciat: Acoly tus etiam ordinem non recipiat, ante quam per eum qui possit & de beat, sibi in collatione primæ clericalis tonsuræ manus impositio & benedictio sacramentaliter imponatur.

Deco-

De eodem.



Tem sub pena latæ sententiae omnibus subditis nostris, civitatis, dicecesi, & provincie Treveren, propter multorum abusum clandestinum qui haec tenus fieri consuevit, inhibemus, ne quisquam eorum primam tonsuram cum omnibus minoribus ordinibus, seu acolytatum cum sacro subdiaconatus ordine, maxime cum consuetudo Treveren, provincie non reputner, una & eadem die recipere presumat. Quod si contra presumptum fuerit, huiusmodi ordines taliter iure reprobatice recipiens, ab executione eorumdem ordinum sit suspensus, cum receptio plurium ordinum una die, sit generaliter reprobata.

De coniuicijs monachorum & monialium,

Caput CVIII.

Item cum spiritualia nullo dato uel promissio per quod privata utilitas seu lascivia induci ualeat, pure & simpliciter conferri debeant, prout in antiquis sanctorum patrum sancti onibus continetur: sub pena excommunicationis latæ sententiae, omnibus personis ecclesiasticis ciuitatis, dicecessis, & provincie Treverensis firmiter inhibemus, ne quisquam ante uel post receptionem suam in canonicum, in monachum uel in fratrem seu ad eptionem cuiuscunque beneficij ecclesiastici, ratione huiusmodi receptionis prandium seu coniuicium commune faciat, ut aut haec tenus in quibusdam ecclesijs fieri consuevit, seu eidem prandio, in quo non morum instructio, sed reprobanda uentris repletio fieri consuevit, intersit. Veruntamen ut ad honorem Dei ecclesiarum decus augeatur, precepimus quod in ecclesijs, in quibus super huiusmodi coniuicijs tempore presentis statuti consuetudo seruabatur, loco coniuicij huiusmodi post receptionem predictam pure & simpliciter factam, una presenteretur cappa, ad ornamentum ecclesijs, valoris centum grossorum Treveren. antiquorum, ubi alias cappa maioris precij minime soluebatur.

De presentatis per uicarios perpetuos,

S ij Cap.

ACTA ET DECRETA SYNODI

Caput CXIX.

Tem sub poena excommunicationis latæ sententiaz, omnibus perpetuis uicarijs ciuitatis, dicecessis, & prouinciaz Treuerensis inhibemus, ne quis alium uicarium seu perpetuum mercenarium, ad titulos uicariarum, suarū prout hactenus factum fuisse compemus, presentare præsumat, nec admittatur etiam taliter præsentatus, decernentes irritum & inane quicquid contra hoc fuerit attentatum.

Ne non residentes grossos fructus percipient, eodē Cap.

Tem sub poena prædicta firmiter præcipimus, ne quæcunque persona ecclesiastica nostræ ciuitatis, dicecel. & prouinciaz, grossos fructus ecclesiastici beneficii percipiat, nisi in eodem beneficio residentiam fecerit, ut tenetur, & faciat personalem, nisi cum eo super hoc canonicę fuerit dispensatum. Item sub poena excommunicationis latæ sententiaz, omnibus presbyteris, canonicis, & clericis, in sacris ordinib. cōstitutis, & beneficia ecclesiastica obtinētib. firmiter inhibemus, ne deinceps huiusmodi uestes rugatas, seu stacatas, mitras, seu tucas in ecclesiis, in quibus ipsi beneficiati existūt, tēpore quo celebantur divina, decētero deferre præsumant, sed tonsuram clericalem conuenientem deferant, secūdū qualitatē beneficij & conditionē personæ, in gestu, habitu & incessu taliter se habentes, ut honeste uiuendo, in conversatione laudabili, sint cæteris in exemplum.

De tonsura clericorum, & quod non admittantur, nisi fint in minoribus ordinibus constituti, & præcipue ut habeant primam tonsuram clericalem. **Caput CXX.**

Tem abusum dñabilem, qui in nostra ciuitate, dicecessi, & prouincia Treuerensi inolevit, totaliter amouentes, omnibus personis nobis subditis: sub poena excommunicationis latæ sententiaz, firmiter inhibemus, ne quis antequam primam tonsuram per manus impositionem sacramen-

cramentalem receperit, sibi de quocunq; ecclesiastico beneficio prouideri procuret. Si contrarium per quamvis personam factum extiterit, illud ex nunc decernimus iritum & inane.

De ultima uoluntate.



Tem cum quam plures executores testamentorum defunctorū, maxime ad pias causas deputati, iamdiu exequi ultimas uoluntates eorum, in sue salutis dispēdium, & dictorum decedentiū detrimentum, neglexerunt, monemus ipsos omnes & singulos primo & secundo, præcipiētes eisdem, ut infra annum dicta testamenta exequantur: alioquin ad executionem eorum extunc per locorum episcopos procedatur, in quantum de iure fieri poterit.

De confratris.



Istrictius igitur præcipimus, sub pena excommunicationis sententia latæ, ne quis confraternites, colligations, cōfratrias, seu alias qualcunq; obligationes fide uel iuramento, seu qualibet alia firmitate uallatas, facere præsumat, contra ecclesiasticas personas, seu contra ecclesiasticam libertatem.

Ne bona ecclesiarum alienis personis submittantur.



Tem præcipimus sub pena excommunicationis latæ sententia, ipsis occupatoribus & detentoribus, ut bona & iuria nostra & ecclesiarū, absq; nostra et antecessorū nostrorū, seu earūdē ecclesiarum, prælatorū licentia & assensu missus iuste occupata & detentata, plene, integre, & effectuauerit nobis & eis restituere et agnoscere, ipsis uero recognitoribus non omittant. Requirimus insuper & monemus eos, qui recognitiones & submissions huiusmodi per se uel per alios quomodo doli bet receperuut ac recipi fecerunt, ut omnifraude cessante, infra idem tempus illa libere resignare, remittere, repudiare, & dimittere nō omittant, de quibus, restitutione, reuocatione, resignatione, remissione seu repudiatione, infra xx. dies post prædictum mensem sufficienter nos & ecclesiarū prælatos certificare procurent per legitima documenta.

XXXI ACTA ET DECRETA SYNODIS

De delictis monachorum & monacharum. Cap. CXXI.



Tem sub pena excommunicationis firmiter inhibemus, ne monachi seu moniales, pro delictis ab eis commissis, praebendis suis priuetur, sed in suis monasterijs recipiantur, in quibus puniantur & corrigan tur, considerata qualitate delicti, secundum regulares obseruatiias & alias, prout secundū deū & iustitiā superioribus & prælatis eorundem monasteriorum videbitur expedire.

De notariis & tabellionibus publicis. eodem Cap.



Tem sub pena excommunicationis latæ sententiae, omnibus autoritate imperiali notariis & tabellionibus præcipimus, ut quandocumq; in causis spiritualibus & ecclesiasticis eos confidere instrumenta contigerit, super eisdem instrumentis conficiendis prius recipient protocolla, quæ penes se dimittant in chartis, ut ex hoc per eos de essentialibus, nil mutetur: & quia qui male agit, odit lucem, statuimus, ut idem tabelliones non occulte in priuatis domibus, sed publice in loco publico huiusmodi protocalla & creatas super conficiendis ab eis instrumentis, recipient, exhibitis ad minus duobus testibus fide dignis, nisi contractus super quo eadem debent cōfici instrumentalis sit, quod de consensu partium contrahentium usque ad certum tempus, uel ad uoluntatem eorundem contrahentium, teneri debeat in secreto.

Reuocatæ fuerunt sententiae excommunicationis latæ sententiae superius signatae, Anno domini M. CCC. XXXIII. ultima die Augusti, in conuocatione generali in hunc modum:



Q S Boemundus archidiaconus Treueren. & official, Curia Treveren. necnon magister Nicolaus scholasticus ecclesiæ sancti Paulini extra muros Trever. commissarij in hac parte a reuerendo in Christo patre & domino nostro, do,

PROVINCIALIS TREVEREN.

LXXII.

domino Baldvino, sanctæ Treuerensis Ecclesiæ Archiepiscopo, sacri imperij per Galliam archicancellario, deputati uirtute commissio-
nis nobis factæ, cuius tenor talis est, Baldvinus Dei gratia sanctæ Tre-
ueren ecclesiæ Archiepil. sacri imperij per Galliam archicancellarius.
Universis & singulis abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, ac cate-
ris prælatis, nechō pastoribus, seu rectoribus ecclesiarum, plebanis, seu
viceplebanis, canonicis, vicarijs, presbyteris, curatis et nō curatis, ceterisq;
clericis ecclesiasticis suarū ciuitatis & dioces. Treuer. ad quos præstes li-
teræ peruenient, Salutem in domino sempiternam. Cū in cōvocationis
prælatorū & aliarum ecclesiasticarum personarū nostrarum ciui-
tatis & dioces. prædictarum negocio, in instanti craftino decollationis
beati Ioannis Baptiste, cum quibusdam diebus sequentibus contine-
nter ex parte nostra, & p nos, deputato & assignato, in Tre. interesse p-
sonaliter cōmode nō possumus, arduis nostris & ecclesiæ nostræ Treu.
negocijs præpediti, Honorabili uiro Boemundo archidiacono nostro
Treueren. & offici. curiæ nostræ Treuer, necnon magistro Nicolao
Scholastico ecclesiæ sancti Paulini extra muros Treueren. in huiusmodi
conuocationis negocio, & ipsum concernentibus, committimus uices
nostras, Dantes ipsis aut duobus ex eis liberam & plenam potestatem
statuta nostri provincial. concilij Treueren. & alia, necnon penas &
sententias per eadem statuta inflatas, uice nostra tollendi, moderandi,
interpretandi, declarandi & relaxandi terminū seu terminos, dictis per
sonis ecclesiasticis ad conuenientium annuatim indicendi & assignandi,
& super his, quæ salubria videbuntur, ordinandi, tractandi, & statu-
endi, ac omnia alia & singula faciendi, quæ in huiusmodi negocio &
circa præmissa fuerint quomodolibet oportuna, etiam si mandatū exi-
gant speciale. Vobis omnibus & singulis in uirtute sanctæ obedientiæ
districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatis nostris commis-
sarijs in hac parte, uel duobus ex eis circa omnia & singula præmissa,
ac ipsa contingentia, intendatis, & obediatis, in omnibus & per omnia,
tanquam nobis si personaliter adessemus. Datum Treueris, Anno
Domini Millesimo, tricentesimo, trigesimo octauo, in craftino
Beati Bartholomai apostoli. Obulare cupientes animarum
periculis

ACTA ET DECRETA SYNODI

periculis, sicut & obuiare cupit, & iatēdit dominus noster supradictus.
Illud statutum prouincialis Conciliij Treuereñ, quod incipit, Item eſi
ante sacramētale ſignum, quod per manus impositionem imprimitur
& infertur, nullus ſecundum beatum Iſidorum dici debeat de forte do-
mini, &c. Item capitulum quod incipit: Item præcipimus ſub poena
excommunicationis latæ ſententiæ, omnibus noſtris ſubditis ciuitatis,
diocesis, & prouincia Treueren, propter multorum abuſum clandesti-
num, &c. Item illud capitulum quod incipit, Item cum ſpiritualia nulli
dato uel promiſſo, per quod priuata utilitas, ſeu laſciuia induci ualeat, ſed
pure & ſimpliciter confeſſi debeat, prout in antiquis Sanctorum pa-
trum ſanctionibus continentur, &c. Item illud capitulu quod incipit,
Item ſub excommunicationis poena latæ ſententiæ omnibus perpe-
tuis uicarijs ciuitatis, diocesis, & prouincia Treueren, inhibemus, ne
aliquis alium uicarium, &c. Item illud capitulum quod incipit, Item
ſub poena prædicta firmiter præcipimus, ne quæcunq; perſona ecclesi-
ſtica noſtræ ciuitatis, & diocec. ac prouincia, grossos fruſtus ecclesiastici
beneficii percipiat, niſi in eodem beneficio residentiam faceret, &c.
Item illud capitulum quod incipit: Sub poena excommunicationis la-
tæ ſententiæ omnibus canonis, presbyteris, & clericis in ſacris ordi-
nibus conſtitutis, & beneficia ecclesiastica obtinentibus, firmiter inhi-
bemus, ne deinceps huiusmodi uestes rugatas, &c: Item illud capitu-
lum quod incipit: Item abuſum dñabilem, qui in noſtra ciuitate, di-
ceſi, & prouincia Treueren, inoleuit, totaliter amouentes, omnibus per-
fonis nobis ſubditis, ſub poena excommunicationis latæ ſententiæ, fir-
miter inhibemus, ne quis ultra primam tonsuram, &c. Item illud capi-
tulum quod incipit, Item cum nihil magis debeat hominibus, quam
ut supremæ uoluntatis liber fit filius, &c. Item illud capitulum quod
incipit, Districtius igitur præcipimus, ne quis ſub poena excommuni-
cationis latæ ſententiæ, coniurationes, colligationes, cōfraternias, &c.
Item illud capitulum quod incipit: Inhibemus ſub poena excommuni-
cationis, ut nullus clericus uel laicus, calices, uestes, uel libros ſacros, &
alia ecclesiastica ornementa, &c. Item illud capitulum quod incipit:
Illud quoq; ſub excommunicationis poena prohibemus, &c. quoad in
uite tractos ac rēpōdentes, ac in iudices ſeculaires inuite consentientes,
de quibus

de quibus dictum statutū minuere uidetur duntaxat. Item illud capitulum quod incipit, Quia igitur nonnulli bona iura nostra & ecclesiastum prædictarum spiritualia, ecclesiastica, & temporalia, modis varijs occupare, &c. Item illud capitulo quod incipit, Eadem quoq; exco municationis sententiae decernimus subiacere eos, qui bona immobilia, feuda, iurisditiones, & libertates quarumlibet ecclesiarum, &c. Item illud capitulo quod incipit, Item sub poena excommunicationis latæ sententiae omnibus authoritate imperiali notarijs & tabellionibus publicis præcipimus, ut quandocunq; in causis spiritualibus & ecclesiasticis eos confidere instrumenta contingat, &c. Item illud capitulo quod incipit, Et quia dilatio temporis obliuionem inducit, sub poena excommunicationis latæ sententiae omnibus archipresbyteris, & decanatuū decanis, & parochialibus presbyteris, præcipimus, &c. Quantum ad poenas excommunicationis & interdicti latarum sententiārum ibidem contentas certis ex causis dictum dominum nostrum archiepiscopum Treuerē. & nos mouentibus tenore presentium penitus reuocamus. Ipsiſ tamen statutis, quantum ad cætera, sub poena excommunicationis ferendæ sententiae uel suspensi, in suo robore duraturis. Datum sub sigillo curiae Treuer. quo nos cōmissarij supradicti utimur in hac parte. Quod nos official. supradictus ad preces dictorū nostrorū collegarum, & tam pro ipfis, q; pro nobis, his literis duximus apponendum, in testimonium præmissorum. Anno domini millesimo tricentesimo trigesimo octavo, die ultima mensis Augusti,

Alia reuocatio.



O S Balduinus Dei gratia archiepiscopus Treueren. ac sacri imperij per regnum Arelaten archicancellari us, Animarum periculis obuiare uolentes, illud statutum provincialis concilij Treuer. quod incipit, Item cum spiritualia nullo dato uel promisso, &c. ad eos rātum, qui tale prandium uel conuictum, de quo loquitur, dictū capitulo exigūt uel extorquent, & qui eis in hoc consentiunt, & culpabiles existunt, duximus restringendam. Item illud capitulo quod incipit, Itē sub dicta poena firmiter præcipimus, ne que-

T

cunq;

ACTA ET DECRETA SYNODI

cungi personæ,&c. Ad eos tantum qui superiorum (qui hoc possint) literas non habent, quibus a residentia excusentur, extendi uolumus, & ad alios non extendi. Item illud capitulū quod incipit, Illud quoq; sub excommunicationis pena prohibemus, ne quisquam ciuitatis, dicēcēsis & prouincie,&c. in quantum dictum capitulum loquitur de clericis, conuentis uel tractis coram iudice seculari, p̄cenam dīcti ad illos clericos tantum, qui uoluntarie ibidem respondent uel litigant, duxiimus restringendam. Item illud capitulum quod incipit, Item cum in prouinciali Treuer. concilio,&c. restringiuolumus ad illos tantum q̄ constitutione Ioannis papæ, que incipit, Suscep̄ti regimini seruare recusant, in quantum dicta constitutio, ad annū gratiæ potest extēdi, quantum uero ad alias p̄cenas dīctorum capitulorum, superius specia liter nominatorum, reuocamus. Item illud capitulum circa finem statutorum, quod incipit, Et quia dilatio temporis,&c. quantum ad p̄nam excommunicationis latę & interdictę sententię, ibidem contenterat, certis ex causis penitus reuocamus. Præsertim quo ad personas in ciuitate & dicēcēsi Meten. constitutas, ipsis tantum statutis, quantum sub poena excommunicationis ferendę sententię uel suspensionis in suo robore duraturis. Datum Anno domini millesimo, tricentesimo, trigesimo octauo.

Tenor cuiusdam commissionis.



Q S Boemundus archidiaconus Treuer. & Of-
ficialis curiæ Treuer. necnon magister Nicola-
us Scholasticus et canonicus sancti Paulini extra
muros Treueren. Cōmissari in hac parte, a uene-
rabili in Christo patre, & dño nostro dño Bal-
duino, sāctæ Treuerē. ecclesiæ archiepis, sacri Im-
peri per Galliā archicācellario, deputati, uirtute
cōmissionis nobis factæ, cuius tenor talis est:
Balduinus. &c. Vniuersis & singulis abbatibus, prioribus, præpositis,
decanis, & ceteris prælatis, necnon pastoribus seu rectoribus ecclesia-
rum, plebanis, seu viceplebanis, canoniciis, uicariis, presbyteris, curatis et
non curatis, ceterisque personis ecclesiasticis suarum ciuitatis & dice-
cessis

PROVINCIALIS TREVEREN. LXXIII.

cesis Treuerensis, ad quos præsentes literæ peruerenterint, Salutem in domino sempiternam. Cum in conuocationis prælatorum & aliarum ecclesiasticarum personarum nostrarum, ciuitatis & dioceesis, prætracta rum negocio, ferijs secunda, tertia, & quarta, proximis post festum sacramenti, cum quibusdam diebus sequentibus, continue ex parte nostra & per nos assignatis, & deputatis in Treueri interesse personaliter commode non possumus, arduis nostris & ecclesiæ nostræ Treueren. negotijs præpediti: Honorabilibus viris Boemundo archidiacono nostro Treueren, & Officiali Curia nostræ Treueren, necnon magistro Nicolao Scholastico ecclesiæ sancti Paulini, extra muros Treueren. in huiusmodi conuocationis negocio & ipsum contingentibus, committimus uices nostras, dantes ipsis, aut duobus ex eis plenam & liberâ potestatem ordinandi, tractandi & statuendi, & alia omnia & singula faciendi, quæ in huiusmodi negocio & circa præmissa sicut quomodo libet opportuna, etiam si mandatum exigant speciale Vobis omnibus & singulis in uirtute sanctæ obediæ, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatis nostris commissarijs in hac parte, uel duobus ex eis, circa omnia & singula præmissa, ac ipsa contingentia intendatis, & obediatis in omnibus & per omnia tanquam nobis, si personaliter adessemus. Datum anno domini millesimo, tricentesimo, quadragesimo primo, ultima die mensis Maij. Treueren, nostro sub sigillo. Attendentes, quod excommunicatus per denunciationem amplius non figuret, sed rubore confusus, citius redit ad sanctæ matris ecclesiæ unionem, & quod domini temporales & eorum officiati acalij quicunq; qui impetratores literarum sedis Apostolice, uel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes, super causis, quæ ad idem forum pertinent, de iure uel antiqua consuetudine, compellunt, modis quibuscumq; seu compelli faciunt, uel procurant ad desistendum, uel in foro seculari litigandis huiusmodi, necnon impedientes per se uel alios, quo minus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinatis, querelates de causis, que ut prædictur, ad cognitionem patinè eorū dē, possint libere iusticiā obtinere, et q; ad predicta facienda dat cōsiliū, auxiliū uel auorem, sunt excommunicati ipso iure, per cōstitutionem Bonifacianā, que incipit, Q; m; ut intelleximus, locatam sub titulo de emunitate, et li. vi. pluresq; personæ

T ij secula-

ACTA ET DECRETA SYNODI

seculares, quod dolenter referimus, propter eorum impedimenta uaria & diuersa, inciderunt, & timentur incurrere in futurum pœnam excōmunicationis cōstitutionis supradictæ, quæ forsan latet huiusmodi personas seculares. Præcipimus igitur & authoritate dicti reuerendi patris & domini nostri, quæ fungimur in hac parte, & de speciali manda-to eiusdem, ac in uirtute sanctæ obedientiæ mandamus, præfatos impec-dientes in specie, quorum nomina sciri poterunt, & factum est notori-um, alios in genere, per singulos ecclesiarum parochialium rectores, ciuitatis & diceces. Treueren, in singulis diebus dominicis uel festiuis, excommunicatos a canone prædicto publice nunciari, quo usq; tā iudici, cu-ius cognitio est uel fuerit impedita, uel iurisdictio usurpata, quam parti-quæ turbata est uel fuerit, in prosecutione sui iuris de iniuria, dānis, expē-sis, & interesse pro eosdem integre fuerit satisfactum, & suarum bene-ficia absolutionum a præfato domino nostro Treuer, seu eius official, meruerint obtinere. Datum sub sigillo curiæ Treuerensis, quo nos commissarij supradicti utimur in hac parte. Quod nos officialis supra-dictus ad preces dictorum nostrorum collegarum, & tam pro ipsis, quam pro nobis his literis duximus apponendum, in testimoniu pre-missorum. Anno domini millesimo, tricentesimo, quadragesimo-primo, feria quarta post festum sancti Laurentij,

Hæc sunt statuta per Rei VERFDISSIONVM IN CHRISTO

patrem et dominum, dominum Ottонem Dei gratia
sanctæ Treverensis ecclesiæ Archiepiscopum, Germaniæ & Galliæ
Belgiæ primatæ, atq; sacri Imperij per Galliam & regnum Arela-
teñ. Archicancellarium, cum suis suffraganeis, uidelicet Reuerendo in
Christo patre, domino Conrado Beyher, Episcopo Meteñ. persona
liter præsente: & Reuerendo patre, dño Henrico Episcopo Tulleñ. per
procuratorem, uidelicet magistrum Ymentum de Tapeio, in legibus
licentiatum, comparente: Et Reuerendo in Christo patre, domino Lu-
douico, Episcopo seu administratore perpetuo Virdunæñ. Cardinali,
in remotis agente, & absente licet vocato, Ceterisq; prælatis, religio-
nis & secularibus prouinciæ Treuer. in Concilio prouinciali, Anno dñi
Millesimo, quadragesto, vigesimo tertio, xxvi. die mensis Apri-
lis, in ecclesia Treveræñ. celebrato, ædita, atq; per ipsum sacrum Con-
cilium approbata & ratificata,

De fide Catholica.



ANCTAM Q RT HODOXAM
atque apostolicam Ecclesiam languine ui-
tum paschalis dedicatam, unicā æterni spon-
sam regis, ipso sponso in canticis proclaman-
te: Vna est columba mea, &c. Extra quam nō
est salus. Per unicā arcam Noe tempore ge-
neralis diluuij, extra quam cuncta animantia
super terrā deleta sunt, designata: pro qua do-
minus per prophetam oravit, dicens, Erue a
fratre a Deus animam meam, & de manu canis unicam meā. Vbi pri-
mum pro se tanquam pro capite, deinde pro unica eius sponsa oravit.

T iii

Hanc

ACTA ET DECRETA SYNODI

Hanc credimus & simpliciter profitemur . In qua secundum cultum Christianæ religionis a spiritu sancto , per sanctos Apostolos ecclesiæ primates primitus introductum , martyrumq; constatia roboratum , confessorum & virginum exemplis decoratum , per sanctos ecclesiæ doctores plantatum , atq; per Romanos pontifices Christi vicarios , Petri successores , suis monitis & præceptis traditum & expressum , uiuere te nemur . Hunc siquidem Catholicæ fidei ritum & uere fidelium cultum , quidam pseudoprophetæ suis falsis dogmatibus et reprobatis doctrinis nitebantur peruertere , his modernis temporibus : inter quos primo Vuycleff , demum Husz , & Hieronymus Heresiarchæ , ecclesiam Dei turbarunt . Qui , licet cum suis erroribus & falsis doctrinis cum eis adhærentibus per ecclesiam sunt damnati , ac in sacro sancta generali Constantieni Synodo , per sententiam reprobati , plures tamen ipsorum errores sequentes , reliquerunt , qui ut experientia didicimus , suis lupinis mortibus & caninis latratibus , per se & certos ipsorum nuncios , per mundum vagantes , suo lætificero potu uix numerabilium errorum via quadam antichristiana , Dei ecclesiam nititur ad exterminium ducere , & ueros Christifideles a via ueritatis declinare , & diabolico instigatu in fauces rugientis producere . Volentes itaq; super grege dominico nobis commisso peruigili cura , ut tenemur , uigilare , authoritate huius sacri Concilij provincialis , statuimus , & in uirtute sanctæ obedientiæ , ac sub pena excommunicationis latæ sententiae , quam pro nunc , prout extunc , firmiter in his scriptis , saluis alijs penis in iure expensis , mandamus , ne aliquis clericus uel laicus scienter peruersam dictorum Vuycleff , Husz & Hieronymi , aut eorum sequentium , qui uulgo Hussitatæ vocantur , uel quoruncunque etiam aliorum ab ecclesia damnatorum , doctrinam acceptet , neq; tales aut eorum defensores seu receptatores , aut nuncios , scienter ad sua hospitia recipiant , auxilium , favorem , uel defensionem administrent , quomodolibet uel assistant . Præcipimus insuper omnibus & singulis dominis temporalem iurisdictionem habentibus , ut quam statim tales in suis territorijs adesse noverint , ipsos captiuent , & prælatis suis superioribus , ad quos spectat rationum examen , ad examinandum eosdem præsentent , & quilibet eorum præsen-

presentes, sub predictis penitentiis. Inferioribus vero, jurisdictionem non regentibus, sub predictis penitentiis iniungimus, ut praefatos sic errores seminantes, sine dilatione praetatis superioribus denunciant, si eorum accessum commode habere poterint. Sin autem iudicibus temporalibus manifestare procurent, qui sub penitentiis predictis tales denunciatores captiuerint, & ut praefertur, praetato superiori ad examinationem eosdem absq[ue] mora studeant perscrutari. Hoc tamur insuper, & omnibus vere fidelibus & deuotis utriusque sexus, & praesertim religiosis iniungimus, ut puro corde, & humili spiritu, Deum omnipotentem exorent, ut sua inoblitia bonitate, mentes fidelium viatorum, a letifica peste predictorum errorum, armis suae inexpugnabilis potentiae protegant, & defendant.

De horis Canonicas legen dis & cantandis.



TTENDentes quod clericis beneficiati & in sacris constituti ad immolandum Deo sacrificium laudis, fructum labiorum suorum, uidelicet horas Canonicas dicendum, in puritate conscientie, & cum deuotione, tenentur : quas saepe, quod dolentes referimus, tam religiosi, quam seculares personae sine aduertencia legentes, atq[ue] syncopando celeriter discurrentes, nulla disciplina tempore psallendi, seruata, taciturnitate seu silentio pretermisso, & plerunque extranea, prophana, & inhonesta intermissione colloquia, horis indebitis pensum suę seruitutis persoluunt. Ne igitur transgressiones huiusmodi inualescant, sacri approbatione Concilij statuimus, ut in Cathedralibus & regularibus Monasterijs, & collegiatis ecclesijs, Canonici & Religiosi, ceteraque Ecclesiastice perso-

ACTA ET DECRETA SYNODI

personæ debitibus horis perse, impedimento celiante, non tantum per pueros, deuote cum debitibus pauis silentio seruat, sine syncopatione, attenta mente, ut chorus tacens, quid alijs legant, aduertat: singulas horas canonicas, cæteraque diuina officia studeant adimplere. qui postquam chorūm intrauerunt, ab eodem non recedat, nec tempore diuinorum in ecclesia, præsertim in nauī ecclesiæ, non deambulet, sine rationabili causa. Cœuant tamen clerici, ne in cantando diuinum officium uoces eorum exaltando plus hōminibus placere studeant, quam præstare Deo officium intendant. Nam in sacro ministerio dum blanda uox queritur, congrua uita negligitur. Et Cantor Deum moribus stimulat, cum populu uocibus delectat. Cæteri uero pastores, vicarij, & alijs simplices competenti tempore cum debita animaduertentia & totali uerborum expositione horas canonicas legant, & diuinum officium nocturnum sive & diurnum studiose celebrent, & deuote, saluis rationabilibus priuilegijs & statutis quaruncunq; ecclesiarum, præcipientes omnibus & singulis ecclesiarum prælatis, cæterisq; quorum interest, ut omnium negligentia uel incuria penitus relegatis circa prædicta uel præmissa reformanda, & eorum singula corrigenda, solicitam curent diligentiam adhibere. non obedientes per censuram ecclesiasticam aut subtractionem fructuum corrigendo.

De fornicatoribus Clericis beneficiatis & ordinatis.



V A M V I S diuino præcepto omnes teneantur crimen fornicationis uitare, præcipue tamen uiri ecclesiastici, sacerdotes & ecclesiarum prælati, quibus per prophetam dominus ait: Sancti esto, quoniam ego sanctus sum dominus Deus uester. Cum enim ipsi dicantur templum domini, & debeant esse sacrarium spiritus sancti, indignum est, eos quibuslibet immundisq; seruire, ne & istud terrible uerbū

uerbum audiant, quod dominus per alium prophetam dicit: O uossa
cerdotes qui fallitis nomen meum, & dixistis in quo fallimus? Quibus
respondit, offerentes ad altare meum panes pollutos: nō est mihi uo-
luntas in uobis, & sacrificium non accipiam de manibus uestris, quia
polluti estis, dicit dñs. Sūmo ergo opere cauere debet clerici, & maxi-
me sacerdotes a cohabitatione mulierum, præsertim suspectarum, ne
antiqui hostis fraude decipientur. Quanquam autem contra clericos
in sacris constitutos concubinas notorie secum tenētes, aut alias suspe-
ctas mulieres multa sint redita iura noua, sintq; plures poenæ apposi-
tæ: multi tamen huius temporis Clerici dictas poenas non uerentur,
sed nefando huius criminis uitio se contaminant. vnde plura scandala
oriuntur, & uerisimiliter, nisi prouiderint, euident grauiora. Cupi-
entes itaque huic morbo salubriter prouidere, authoritate huius sacri
Concilij statuimus & ordinamus, ut nullus presbyter uel clericus in sa-
cris ordinibus existens, uel beneficiatus, concubinam uel interdictam,
uel suspectam mulierem secum in domo teneat. Et si quis huiusmodi
talem personā in anima suę periculū, honoris & sui status detrimentū
tenuerit, teneat, uel actu derinet, eandē infra duodecim dies a tempore
publicationis huius statuti, quorum quatuor pro primo, quatuor pro
secundo, & reliquos quatuor dies pro ultimo & peremptorio termi-
no & canonica monitione assignamus, a se realiter & cū effectu amo-
ueant & dimittant, & de cetero ad se eam non admittat, seu ad eam ac-
cedat, uel cum ea commertium suspectum quomodolibet habeat, sed
neq; aliam talet assumat, sub poena perditionis omnium fructuum su-
orum beneficiorum unius anni. Quod si nec a prædictis destiterit, per
superiorem suum a diuinis suspendatur, & per alias poenas & censu-
ras ecclesiasticas, usq; ad beneficij seu beneficiorum suorum præuarica-
tionem procedatur: in quo si prælati uel collegia correctionem subdi-
torum habentes, post mensē negligentes repertifuerint, extunc ta-
lium correclio ad nos uel episcopum loci, ipso facto deuoluatur.

Inhibemus insuper prædictis sacerdotibus & clericis in sacris existē-
tibus, ne de stipendio crucifixi suos filios uel filias spurios uel concubi-
nas dotent & ditent, neq; aliud quid de prædictis bonis legēt, & neq;

ACTA ET DECRETA SYNODI

filios aut filias infantes in suis domibus teneant, aut nutriant, ipsorum
filios aut filias sic foueant in uictu, & uestitu, ut omnis occasio scan-
dali uiteetur.

Dc habitu clericorum.



Lericalis ordo debet quasi stella matutina in me-
dio nebulae, & quasi Sol refulgens lucet, ad deco-
rem domus Dei, in aliis splendere. Sunt enim cle-
rici in fortem domini electi, & quasi signum ad sa-
gitam sunt positi. Sicut ergo ceteris dignitate
præcedunt, ita deceti habitu, motu honestate,
uitæ sanctitate, in se debet ostendere, qualiter
alios in domo Dei oporteat conuersari. Et præci-
pue prælati ecclesiarum, qui ad exemplar & normam uiuendi, ceteris
sunt interpositi: qui summo studio præcauere debent, ne aliquainhone
sta committant, unde scandalum in subditis mentium possit generari.
Quod enim a prælatis agitur, facile a subditis in exemplum trahitur.
Urgitur clerici discant a ueritis abstineret, authoritate huius sacri Con-
cilij provincialis statuimus, ut ipsi suos actus & mores, secundum decre-
ta sanctorum patrum, iuris dispositionem, salubriaq[ue] monita, atq[ue] statuta
nostrorum antecessorum dirigant, & ipsa obseruare procurent. Spe-
cialiter tamen inhibemus, ne quis clericorum nefanda iuramenta per
corporis membra, aut sanguinem nostri redemptoris, aut alias blasphemias
in Deum aut Sanctos eius dicere, ullo modo præsumat, sub pena
amissionis omnium fructuum suorum beneficiorum per tres menses.

Item mandamus ut clerici in sacris & beneficiati existentes, a ludis
illicitis abstineant, & maxime a ludo taxillorum uel alearum, qui causa
auaritiae uel turpis quæstus fiunt. Officia etiam a iure clericis prohibi-
ta non exerceant: ut officium tabernariorum & similium a iure prohi-
torum. Item cum sacerdotes & clericos oporteat per decentiam
habitum

habitus extrinseci, intrinsecam moris honestatem ostendere, statuimus ut nullus clericorum in sacris existentium, obiecta forma ecclesiastice honestati congruente, alienam formam sibi prohibitam, in suis uestibus deferre praesumet, & ne miles coelestis militie sua habitu, militem armorum se ostendat, sed in decenti ueste incedat, suumq; habitum in colore, formae seu figura, deferat, prout sancti patres ordinarunt, iuraque sub certis penitentias sanxerunt, & nouissima sacri Constantie. Consilij decreta mandauerunt, antecessorumq; nostrorum statuta salutaria, statuerunt; consuram etiam & coronam quilibet ipsorum deceter porret, iuxta sui ordinis qualitatem.

Ne quæstores sine licentia

Episcopi loci, admittantur.



D refrenandum cotinuos questorum excessus, quibus nouis ex cogitatis modis, pauperes decipere, & eleemosynas ab eis extorquere diuersis fallacij conantur, nunc indulgentias promittendo, tunc uero certas infirmitates & plagas a sanctis, sub quorum nomine eleemosynas petunt, infligendas comminando, uarijs que alijs deceptionibus, populum simplicem ad manus eis adiutrices prestandum inducendo: nonnullis etiam eorum se quæstores certoru spitalium, vel locorum religiosorum falso mentiendo, simplicibus falsis literas adulterinis sigillis ostendentes, neque in aliqua Ecclesia nobis subiecta, sine literis nostris, aut Episcopi loci, seu Apostolicis admittatur. S T A T V I M V S & ordinamus, ut nullus laicus in quæstorem admittatur. Habentes autem literas Apostolicas non admittantur, nisi prius nobis vel episcopo loci ad examinandum easdem literasse presentent. Nullus etiā quæstorum qualescumq; literas obtineat, ad prædicadū vel aliquā intuicadū admittatur, nisi secundū constitutionē Clementinæ cōstitutionis, de peniten & remis.

Vii Nulus

ACTA ET DECRETA SYNODI

Nullus etiam talium quæstorum ad petendum eleemosynā in aliquo loco recipiat, nisi prius literas suas pastori uel uicario eiusdem loci præsenter, qui ipsum secundum formam infra scriptam admittat. Quod si alii quis sine literis, uel literis non præsentatis, sub forma quætorum eleemosynam in ecclesia uel extra petierit, per pastorem uel uicarium ibidem regentem, nobis uel episcopo loci, aut officiali denuntietur. Ut autem forma dicta clericis cunctis pateat, eius tenorem de uerbo ad uerbum decernimus apponi, que talis est: Abusionibus quas nonnulli eleemosynariorum quæstores in suis apponunt prædicationibus, ut simplices decipiāt, & aurū subtili uel fallaci potius ingenio extorqueāt ab eisdē, cū in animarum cedat periculum, & scandalum plurimorum. Nam prout est nobis possibile precludere cupientes iuxta statutum Concilij generalis duximus prohibēdum districte, ne quæstores alii qui nisi apostolicas uel dicecesani episcopi literas exhibuerint, quomodolibet admittātur, nec permittantur, cum solum ipsi cōpetit indulgentias sibi concessas insinuare populo, & charitatue postulare subfida simpliciter ab eodem, & nullatenus ipsi populo prædicare, nec aliquid exponere, quā quod in literis continetur. Supradictas literas quoq; apostolicas dicecesani episcopi, ne quid fraudis committi ualeat, antequam quæstores admittantur, examinent diligenter.

Alias p
ipſas cō
petat.

Ad hēc tamen aliqui ex huiusmodi quæstoribus, sicut ad nostram audientiam est perlatum, non sine multe temeritatis audacia & deceptione multiplici animarū, indulgen-

Ali. con
tias populo suo motu proprio de facto cōcordant, super uotis dispensant, a periurijs, homicidijs, & peccatis alijslibi confitentes, a peccatis absoluunt, & male oblata authoritate, data sibi aliqua pecuniaria quantitate remittunt, tertiam aut quartam partem de penitentijs iniunctis relaxant, animas tres uel plures parentum uel amicorum illorum qui eleemosynas eis conferūt, de purgatorio ut asserunt mēdacrī, extra-hunt, & ad gaudia paradysi perducunt, benefactoribus locorum quorum quæstores existūt, remissionem plenariam peccatorum indulgēt, & aliqui ex ipsis eos a poena & a culpa (uti eorum uerbis utamur) absolvunt. Nos abusibus huiusmodi, per quos censura uilescit ecclesiastica, & clauium ecclesie authoritas deducitur in contemptum, omni modo ab oltri uolentes, ea per quoscunq; quæstores fieri, uel attentari de cæ-
tero

tero districtius prohibemus omnia & singula priuilegia , si qua super præmissis, uel eorum aliquosint in aliquibus locis, ordinibus, uel personis quæ stores huiusmodi, quomodocumq; concessa, ne ipsorum prætextu sit eis materia talia ulterius præsumendi, authoritate Apostolica quantum ad præmissa penitus reuocantes. Quæ stores autem qui deinceps in præmissis, uel aliquo præmissorum, deliquerint, uel alias eti am quibuscumq; suis priuilegijs abusi fuerint, super locorum episcopos puniri uolumus, nullo modo prorsus eisdem quæstoribus in hac parte priuilegio suffragante, quod a suis temerarijs ausibus qui ubique , ut communis habet assertio, nimium excreuerunt, pœnæ formidinc per pensius compescantur.

De Confessoribus.



V M ubi maius fertur periculum, cautius sit agendum, Volentes itaq; saluti animarum prouidere, & quibusdam periculis, fraudibus quorundam confessorum plus lanam quam onem diligentium, quantum possimus obuiare ; Hortamus omnes & singulos religiosos ut seculares confessores audientes, ut more periti medici debitam medelam confessis adhibeant, & salutarem pœnitentiam imponant, secundum peccatorum & peccati circumstantias, eisdē in uitute sancte obedientiae præcipimus, ne propter munera, aut spem lucri, pœnitentiam minorēm, q; expediāt, iniungant, nec ob aliquam causam duriorem infligant, neque aliquis eorum a constitūte ante uel post aliquid exigat, uel extorqueat. Sed nec alicui res oblatas aut ablatas, uel alienas detinente, nisi restituat, absoluat, nisi desibi fuerit facultas restituendi de eisdem aut alijs rebus: necq; illas res restituendas confessor recipiat, etiam sub promissio- nes restitutionis facienda, nisi forte per alium restitutio ita caute fieri non possit. Item confessor pœnitentiam uel onus confessio iniunctum pro aliqua pecunia uel munere ad perficiendum in se non recipiat, necq; assumerat, sub pœna amissionis officij audiendi confessio nem uicq;

V in ad

ACTA ET DECRETA SYNODI

gratiam nostram, uel ordinarij locis ubi q̄ deliquit. Sub simili poena precepimus, ut nullus Confessor aliquem absoluat, in quē potestate nō habeat, & præsertim, ut ne absoluat aliquē in casibus specialiter episcopo reseruatis, nisi ad hoc a suo superiore cōmissionē habeat. Nullus etiā confessorū confessionē audiat in domo sua uel camera priuata, sed in ecclesia, refectorio, aut ambitu, uel aīo loco decente, p̄enitentia sub prædictis. Item simplicitati quorundam presbyterorū, q̄ interdū alijs presbyteris, curatis, uel non curatis, nullā in eos potestatē habentibus, cōfiteretur, succurrere cupientes, inhibemus, ne de cætero aliquis presbyter ali cui curato aut nō curato, nullā superioritatē in eū habente, cōfiteātur, sine licētia suisupioris, cū a nō suo iudice nullus ligari ualeat uel absolui.

Per præmissa tñ huius sacri Concilij statuta nolumus, neq; intēdimus statutis prædecessorū nostrorū, & maxime statutis per Balduinū felicis memorie, in Concilio prouinciali æditis, & post per eum modicatis, in aliquo contradicere, derogare, seu ea reuocare sed ipsa statuta authoreitate huius sacri concilij approbamus, innouamus, & ratificamus, singulisq; nobis subiectis in uirtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ut eadē statuta obserueret, eis utatur, et secundū ea uiuere nō obmittant.

AD LECTOREM.

Candide Lector, Exemplar vnde hæc excusa sunt, fuit vetustissimum, & tempore iniuria pene deletum, quare caueri non potuit, quin multa te legentem offendere t̄: quæ qua ratiōe corrigi possint, in his, quæ subiectiuntur, indicauimus.

Prior numerus folium, a faciem primam, b secundam, sequens numerus IIō neam in qua erratū est, designat. Folio 2.a, linea 27. credimur. b. in 1. fuerat. lin. 21. ordinamus. fol. 3.b. lin. 4. tam destitutio q̄ institutio. ibidē li. 20. pollet. fo. 1.b. lin. 3. hortetur. ibidē, lin. 30. imitata. fo. 5. a. lin. 20. intermedius. ibidē, 30. ille. fo. 1. 3. 29. tamen. ibid. 10. dignas. ibidē, 28. per oīa, super st. fol. 14. b. 14. Decanis. ibidē 3. hæreticarū. fol. 1. a. 5. eccl. a. ibidē 7. tū. ibidē 12. literatissimorū. b. 11. emēder. ibidē 18. regionē. fol. 17. a. 22. eccl. s̄g. b. 2. liberādæ. ibidē, 13. quare. ibidē 13. renouatiōe. ibidē 26. hostis. fo. 17. a. 20. monet. ibidē. 22. immanc. b. 1. in sepias. ibid. 24. dñs nostro clementiss. fo. 18. a. 10. literarū studiis. ibid. 23. ex qua alii. ibidē 30. ipsis. ibid. similimi. fo. 19. a. 14. posita. b. 26. purat. fo. 20. 17. quod modo. b. 8. transigere. fo. 22. b. 11. Decanis. ibid. coercēdos. fol.

fol. 23. b. 4. pepererit. fol. 24. b. 14. noxibus. fol. 25. b. 15. gnawiter. fol. 27. a. 21.
cuiuscumq; b. 33. seuerioribus fol. 33. b. 15. a monitionis. ibid. 22. Deinde adiuto-
res. fol. 34. a. 7. tunc aliarū dīcecessum. fo. 45. 18. coniurationibus. ibid. lin. 19.
que. ibid. 21. ligandis. ibid. lin. 29. qui non malum foras mitrāt. quā maleficū
inuenit. intro lūcat. fo. 47. a. 32. a viro non suo. fo. 48. a. 22. q. nō. b. nisi sup vna
vel duabus dūraxat. & nos vel Ep̄ loci ex causa. &c. 49. b. 20. E os q̄ ex cō-
municam⁹. ibid. li. 22. q. aliq̄s. superest. fo. 50. a. 1. qui. ibi. 6. destiterint. ibi. 16. ex
tortu. ibid. 23. nolentes. b. 4. proprio. ibid. 19. tales. ibi. 22. cōtendere. fo. 51. a.
6. ob. lin. 7. a superest. ibidē lin. 13. transferre. ibidē lin. 18. detētiones. fo. 52. a.
21. talis. b. 3. requisitus dare. maliciose recusare. fol. 53. b. 32. protēdere. fol. 54.
b. 28. pœnitētes sanivel infirmi. fol. 55. a. 17. 18. vt omnino non sit. ibid. 31. ar-
rogando. fol. 57. a. lin. 20. forte. 59. a. 17. vt si forte ibid. 2. insuper. 59. b. 6. vel.
ibid. 13. sic. ibid. 27. Tali quoq;. fo. 60. a. 5. Quia i mō. fol. 61. a. 20. per præfa-
tos archipresbyteros seu decanos. fol. 62. b. 13. dinoscitur. fol. 63. b. 7. per. fol.
64. b. 5. per. ibid. 8. per. fol. 5. a. 1. requiratur. fol. 55. b. 25. residentiam. ibid. 23.
vacantes. ibid. 31. talium. ibid. 32. inidoneos. fol. 67. a. 4. scienter. fol. 68. a. 1.
cleri ibid. 21. deducēt. fo. 69. b. 8. reprimenda. ibid. 19. quadagesimo. folio
76. a. 7. presentare. ibid. aulla. fol. 78. b. 32. abusus. fol. 79. a. 3. per quæst. ibid.
18. secularium confessiones. ibi. 1. 25. sibi defactit.

FINIS.

AD FECTORIUM

A7948430
ocn 66841153